Monumenta Germaniae Selecta

ab anno 768 usque ad annum 1250.

Michael

Edidit Dr. M. Doeberl.

3. Bändchen:

Zeit der Salischen Kaiser.

München 1889.

J. Lindauersche Buchhandlung

(Schöpping).

Inhaltsverzeichnis.

1. a) Konrads II. Lehensgesetz, 28. Mai 1037.
   b) Heinrichs III. Gesetz über Lehensverlust.
2. Brief Abt Bernos v. Reichenau an Heinrich III., Ende 1044 oder Anfang 1045.
3. Zu Heinrichs III. erstem Römerzug (1046—47):
   a) Schreiben Papst Clemens' II. an die Bamberger Kirche, 1047.
   b) Verbot der Simonie, 1047.
4. Das Papstwahldekret von 1059 (April).
   a) Päpstliche Fassung.
   b) Kaiserliche Fassung.
5. Investiturverbot.
6. Der Dictatus Papae, 1075.
7. Schreiben Gregors VII. an Heinrich IV., c. 8. December 1075.
8. Absetzung Gregors VII. durch die Synode zu Worms, 24. Jan. 1076:
   a) Schreiben der Bischöfe an den Papst.
   b) Schreiben Heinrichs IV. an den Papst.
9. Erste Absetzung und Bannung Heinrichs IV. durch Gregor VII., 22. Februar 1076.
10. Einladungsschreiben Heinrichs IV. zum Wormser Konvent — Königliche Rechtfertigung, April 1076.
11. Rechtfertigungsschreiben Gregors VII. an die Deutschen, 1076 (April oder Mai).
12. Conventus Oppenheimensis, Oktober 1076:
   a) Promissio regis de obedientia papae praestanda.
   b) Edictum de cassata in Gregorium VII. sententia.
13. Gregors VII. Brief an die deutschen Fürsten über die Busse Heinrichs IV. zu Kanossa, c. 28. Januar 1077.
14. Zweite Bannung und Absetzung Heinrichs IV. durch Gregor VII., 7. März 1080.
15. Beschluss der Synode zu Brixen, 25. Juni 1080.
16. Schreiben Gregors VII. an Bischof Hermann von Metz, 15. März 1081.
17. Mainzer Gottesfriede, Frühjahr 1085.
18. Reichsfriedenseinigung, 6. Januar 1103.
19. Schreiben Heinrichs IV. an die deutschen Fürsten, August 1106.
20. Verhandlungen zwischen Paschalis II. und Heinrich V., Februar 1111:
   a) Paschalis II. privilegium primae conventionis.
   b) Paschalis II. privilegium secundae conventionis.
21. Wormser Konkordat, 23. September 1122.
22. Anhang:
   a) Heinrichs IV. Freibrief für die Wormser, 18. Januar 1074.
   b) Elsässer Landfriede unter Heinrich IV. (zw. 1085 u. 1103).
   c) Schwäbischer Landfriede, 1104.
23. Nachtrag zu Heinrich III.

I.

a) Konrads II. Lehensgesetz, 28. Mai 1037.

(Chuonradi II. Imp. Edictum de Beneficiis.)

Mon. Germ. legg. II, 39 f.

[Wipo, Gesta Chuonradi Imp.: c. 6. Militum vero animos in hoc multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum nemini posterorum auferri sustinuit. (Gilt für Deutschland.)

c. 34. Item eodem tempore magna et modernis temporibus inaudita confusio facta est Italiae, propter coniurationes quas fecerat populus contra principes. Coniuraverant enim omnes valvasores Italiae et gregarii milites adversus dominos suos, et omnes minores contra maiores, ut non paterentur aliquid sibi inultum accidere a dominis suis supra voluntatem ipsorum, dicentes, si imperator eorum nollet venire, ipsi per se legem sibimet facerent. Hoc cum nunciatum esset imperatori, fertur dixisse: ‚Si Italia modo esurit legem, concedente Deo bene legibus hanc satiabo.']

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Chuonradus Dei gratia Romanorum imperator augustus. Omnibus sanctae Dei ecclesiae nostrisque fidelibus, praesentibus scilicet et futuris, notum esse volumus, quod nos ad reconciliandos animos seniorum et militum, ut ad invicem semper inveniantur concordes, et ut fideliter et perseveranter nobis et suis senioribus serviant devote, praecipimus et firmiter statuimus, ut nullus miles episcoporum, abbatum, abbatissarum, aut marchionum vel comitum, vel omnium qui beneficium de nostris publicis bonis aut de ecclesiarum praediis nunc tenet aut tenuerit vel hactenus iniuste perdidit, tam de nostris maioribus walvassoribus, quam et eorum militibus, sine certa et convicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum constitutionem[a] antecessorum nostrorum et iudicium parium suorum. Si contentio fuerit inter seniores et milites, quamvis pares adiudicaverint illum suo beneficio carere debere, si ille dixerit hoc iniuste vel odio factum esse, ipse suum beneficium teneat, donec senior et ille quem culpat, cum paribus suis ante praesentiam nostram veniant, et ibi causa iuste finiatur. Si autem pares culpati in iudicio senioribus defecerint[b], ille qui culpatur suum

---

a) so der älteste Codex, der Cremonenser; der Londoner, Wiener, Veroneser, Casinenser (alle vom 11. Jhd.): consuetudinem. b) Lond., seniorum defuerint.

beneficium teneat, donec ipse cum suo seniore et paribus ante nostram praesentiam veniant. Senior autem aut miles qui culpatur, qui ad nos venire decreverit, sex hebdomadas antequam iter incipiat, ei cum quo litigaverit innotescat. Hoc autem de maioribus walvassoribus observetur. De minoribus vero in regno aut ante seniores aut ante nostrum missum eorum causa finiatur. Praecipimus etiam, ut cum aliquis miles, sive de maioribus sive de minoribus, de hoc seculo migraverit, filius eius beneficium habeat. Si vero filium non habuerit, et abiaticum[a] ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, servato usu maiorum walvassorum in dandis equis et armis suis senioribus. Si forte abiaticum ex filio non reliquerit, et fratrem legitimum ex parte patris habuerit, si seniorem offensum habuit, et sibi vult satisfacere et miles eius effici, beneficium quod patris sui[b] fuit habeat. Insuper etiam omnibus modis prohibemus, ut nullus senior de beneficio suorum militum cambium aut precariam aut libellum sine eorum consensu facere praesumat. Illa vero bona quae tenet proprietario iure, aut per praecepta aut per rectum libellum sive per precariam, nemo iniuste eos disvestire audeat. Fodrum de castellis quod nostri antecessores habuerunt, habere volumus, illud vero quod non habuerunt nullo modo exigimus. Si quis hanc iussionem infregerit, auri libras centum componat, medietatem camerae nostrae, et medietatem illi cui dampnum illatum est.

Signum domni Chuonradi serenissimi Romanorum imperatoris augusti.

Kadolohus cancellarius vice Herimanni archicancellarii recognovi.

Datum 5. Kalendas Iunii, indictione 5. anno dominicae incarnationis 1037, anno autem domni Chuonradi regis 13, imperatoris 11. Actum in obsidione Mediolani feliciter. Amen.

b) Heinrichs III. Gesetz über Lehenverlust.*)

(Mon. Germ. legg. II, 43 f.)

Imperator augustus Heinricus secundus. De militum beneficiis, quoniam dubias variasque causas in regno nostro esse cognovimus, ideoque ad rei publicae statum quaedam statuimus. Si quis ergo dominum suum interfecerit, vel vulneraverit, ipsum dominum suamve dominam obsederit, vel eum[c] cucurbitaverit[d], vel

---

a) Cas. Glosse, id est nepotes. b) Cas., p. sui vel fratris. c) Ardizone, Summa iuris Feudorum: eam d) vgl. Liber Feudorum III., tit. 2, § 1: si fidelis cucurbitaverit dominum, id est, cum uxore eius concubuerit . . . vel si cum filia etc.

*) Anm.: Giesebrecht, Kaiserzeit II, 488 hält den Erlass dieses Gesetzes auf dem Reichstag zu Zürich Februar 1054 für wahrscheinlich, Steindorff, Heinrich III. II, 264 für nicht unmöglich.

contra ea quae in fidelitate nominantur fecerit, vel his supradictis consilium dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si vero de supradictis se defendere voluerit, testibus a parte domini deficientibus, cum tribus paribus se expurget; si autem pares habere non potuerit, cum duodecim propinquioribus parentibus se defendat. Si quis autem suorum parium, idoneus tamen, exinde se veritatem scire dixerit, et per pugnam eum fatigare voluerit, ut per pugnam se defendat edicimus. Si quis autem fuit qui domino non servierit, parium laudatione beneficium amittat. Sed si hoc defendere voluerit, duos vel unum saltem parem ostendat, et cum his se servisse iuret; et si pares paremve habere nequiverit, cum tribus vel duobus propinquioribus parentibus se intra annum servire iuret. Si autem concorditer cum domino suo se habuerit dominum saepe videndo, tunc edicimus, ut probet per testes servitium fecisse, et per se non stetisse. Si autem aliqua inter dominum et vasallum discordia fuerit, vel si domicilia in longinquum habuerint, vasallus domino se repraesentando servitium promittat, et si necesse fuerit, hoc probet iureiurando, saltem ad finem controversiae vasallo a paribus dato. Si quidem intra annum servierit, quod levissimum fuerit, et dominus aliud servitium imposuerit quod vasallus neglexerit, unde damnum domino illatum fuerit, usque ad fruges feudatarius parium existimatione damnum resarciat. De aliis vero culpis unde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat se, ut supra, vel emendet.

II. Brief Abt Bernos v. Reichenau an Heinrich III.

Ende 1044 oder Anfang 1045.

(Archiv f. öst. Geschichtsquellen Bd. XX, 191 ff.)

Epistola ad domnum Heinricum regem Bern abbatis.

Domino meo regum invictissimo Heinrico, pacifico, orthodoxae fidei propagatori gloriosissimo Bern, licet meritorum qualitate omnium suorum extremus, votivae servitutis assiduaeque orationis munus. — Peritia legis divinae quantum in oris vestri alloquio valeat, re ipsa veritas satis probat. Spiritus domini, qui replevit orbem terrarum, replevit os vestrum, ut illam pacem praedicaretis populo vestro, quam nascente Christo angeli nuntiaverunt mundo. Sicut enim in carne venturus pacem praemisit, ita ascensurus in coelum pacem eandem reliquit, ita inquiens: „Pacem meam

relinquo vobis; pacem meam do vobis". Unde mittens praedicatores suos in mundum praecepit dicens: „In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra". — Vere filius pacis estis, ac ideo pax, quam veritas per apostolos misit, in corde vestro requiescit, ita ut convenienter de vobis dici possit: In domicilio pectoris vestri misericordia et veritas obviaverunt sibi: iustitia et pax osculatae sunt. Misericordia novae gratiae et <se> veritas legalis observantiae sibi invicem obviantes statuta sua in vobis confirmaverunt; iustitia et pax fraternae Karitatis oscula praelibaverunt, cum universo regno vestro tanta concordiae foedera*) composuerunt, ut cunctis retro saeculis sint inaudita. Igitur nulla alicuius discordiae vestigia, nusquam fraudis machinamenta, abierunt furta, cessaverunt sacrilegia, pacata sunt universa, ita ut iuxta domini promissa inimici hominis sint domestici eius. Quis hoc optatissimae pacis donum archano pectoris vestri inspiravit, nisi ille, qui per prophetam pacem super pacem donare promisit? „Ipse est", ut apostolus ait, „pax nostra, qui facit utraque unum". Ipse in evangelica testatur dicens: „Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur". Ut vos igitur in numero filiorum dei censeri valeatis, misericorditer dominus concessit, ut in toto regno vestro foedera pacis*) coniungeretis implentes illud, quod dominus per psalmistam praecipit dicens: „Inquire pacem et persequere eam". Huic consona praecipit apostolus dicens: „Sequimini pacem et sanctimoniam, sine qua nemo videbit dominum". Haec quia incessanter agitis et Christum in corpore vestro portatis, per illum ubique pugnando triumphatis ac coronam victorie domum reportatis, ita ut cum populo vobis commisso audire valeatis a domino: „Dominus pugnabit pro vobis; vos tacebitis"; ut illa Joseph benedictio ad vos dirigatur, qua dicitur: „Deus patris tui erit adiutor tuus et omnipotens benedicet tibi". — Hac benedictione ditatus nuper cum Ungariis fortiter decertastis et pugnando vicistis, ita ut plurima hostium multitudine tam gladio interemptis, quam aquis submersis canticum Moysi cantare valeatis: „Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est; equum et ascensorem proiecit in mare. Fortitudo mea et laus mea dominus, et factus est mihi in salutem".

---

*) Anm.: Vgl. Hermann v. Reichenau ad ann. 1043: „In synodo Constantiensi precibus et adhortationibus omnes praesentes Suevigenas, postea in aliis regni sui provinciis idem actum iri satagens, dimissis debitis et inimicitiis sibi invicem reconciliavit pacemque multis saeculis inauditam efficiens per edictum confirmavit. Ebenso Annales Sangallenses maiores ad annum 1043 u. Lambert v. Hersfeld ad annum 1044. Ein Reichsedikt Heinrichs III. ist nicht auf uns gekommen. — Vgl. übrigens Nr. 17 und 18, sowie Anhang b) und c).

Inter haec libet oculos fidei aperire et antiqua domini miracula considerare ac ea his, quae nunc accidunt, comparare. Legimus namque, quod Sennacherib, rex Assiriorum, ascendit super omnes civitates Iuda munitas et cepit eas et misit Rapsacen in Hierusalem ad regem Ezechiam, qui blasphemavit dominum, Ezechiae multas minas fecit, convicia incussit, opprobria intulit. Sed rex cum haec audisset, scidit vestimenta sua et obvolutus sacco intravit in domum domini et per Esaiam prophetam rem omnem domino commisit. Et post multa consolatoria verba, quae per prophetam suum dominus Ezechiae mandavit, haec ad ultimum intulit: „In via qua venit, per eam revertetur et civitatem hanc non ingredietur, dicit dominus; et protegam civitatem istam, ut salvem eam propter me et propter David servum meum". Egressus est autem angelus domini et percussit in castris Assiriorum CLXXXV milia. Rapsaces iste dicitur Esaiae prophetae filius fuisse, qui relicto iudaismo apostata factus trasfugit ad Assyrios. Quem ille pseudorex Ovo, periurus, falsus, homicida, mendax imitatus, a diabolo velut ab Assiriorum rege missus christo domini, Petro, immo in Petro ipsi domino exprobravit, regnum domini sui invasit, supplantavit, possedit, praedas exercuit, homicidia perpetravit, scelera multa commisit, ius abnegavit, iura legis violavit, nobiles insontes obcaecavit, occidit, tyrannidem nimiam exercuit, ita ut ipsa terra adversus maliciam eius exclamet. Sed Petrus rex cum Ezechia se humiliavit, per sanctam Dei genitricem et per alios dei sanctos domino commendavit (sic namque etiam litteris nostris eum communuimus), ac idcirco est exauditus. Nam omnipotens deus secundum magnam misericordiam suam propter vos et per vos velut propter David illum liberavit. Et merito, domine mi rex, vos regi David comparamus, cuius nomen interpretatur „manu fortis" aut „desiderabilis". Quae interpretationes quamvis ad Christum pertineant, eo quod manus suae potentia diabolum velut Goliam prostravit atque cunctis gentibus sit desideratus, tamen secundum literam extitit fortis suisque omnibus desiderabilis. Erat enim mitis, humilis, mansuetus, iam tunc sancti evangelii non surdus auditor, ubi dominus praecipit dicens: „Diligite inimicos vestros; beneficite his, qui oderunt vos." — O quotiens inimico Saul pepercit! quando partem clamidis suae praecidit, quando soyfum et hastam abstulit, quando ingemiscendo dixit: „Propitius sit mihi deus, ne mittam manum meam in christum domini." Tanti igitur prophetae et regis non segnis imitator existitis, cum non solum inimicos diligitis, verum etiam omnes in regno vestro sub uno Karitatis et pacis vinculo constringitis. Enimvero vestri regni status ad hanc concordiam pervenit, ut veraciter tempori, sub quo Christus natus est, comparari possit. Huius rei indicia cum multa sint manifasta, ex hoc tamen ma-

xime patet, quod praedicto regi Petro ad vos suppliciter confugienti sinum pietatis expandistis et non solum nullam vindictam de his, quae in vobis commisit, sumpsistis, sed miro Karitatis affectu fovistis, adiuvistis, quousque Christo adiuvante regno suo restituistis; ut iure fateamur, sicut propter David misertus est dominus regi Ezechiae et Hierusalem, ita propter vos et per vos misertus sit Petro et populo et regno suo. Recte in decem et septem legionibus diaboli exercitum superastis, qui decalogi mandatum per septiformem spiritus sancti gratiam implestis. Hoc tamen inter utrumque bellum distare videtur, quod Assiriorum exercitus ab angelo sit percussus absque adiutorio humano; iste a deo interfectus etiam preliante populo, ut, ubi fortior esset pugna, maior esset hominum victoria; ubi certamen durius, gloriosius appareret triumphus ... Ut fama volante auditu percepimus, peracto victoriae triumpho gratiarum vota persoluistis regi omnium domino nudis pedibus incedendo et Kyrie eleyson in altum clamando ac mira et ineffabili clementia non solum his, qui in vobis aliquid deliquerunt tam praesentibus, quam absentibus indulgentiam solito more praestitistis, verum etiam omnes in unanimitatem pacis et concordiae identidem revocastis ... (Nunmehr kommt Berno zu dem eigentlichen Zweck des Briefes: er bittet um die Restitution der wegen Verletzung des Keuschheitsgelübdes entsetzten Aebtissin Hirmingarde von Zürich.)

III. Zu Heinrichs III. erstem Römerzug 1046/47.

[Vgl. Annales Corbeienses ad annum 1046, die zuverlässigste Quelle für diesen Römerzug. Da ausser einem auf den Rangstreit des Bischofs von Verona bezüglichen Synodalbeschluss die Akten der Synoden des Jahres 1046 zu Pavia, Sutri und Rom nicht auf uns gekommen sind, wurde nachstehendes Schreiben des neugewählten Papstes Clemens' II. aufgenommen.]

a) Schreiben Papst Clemens' II. an die Bamberger Kirche, 24. September 1047.

(Mansi, Sacrorum Conciliorum Collectio XIX, 622 ff.)

Clemens episcopus servus servorum Dei sacratissimae nostrae Babebergensi ecclesiae, in filiis et filiabus eius, clero videlicet ac populo perpetuam in Domino salutem.

Dispensatio seculorum venit de principe coelorum, qui antequam secula efficerentur, praescivit, qualiter disponentur. Inde fit, ut non possit non impleri, quid ab aeterno illius oculo potuit provideri. Tanti numinis nutus te suam clarissimam filiam Babeberc nobis in sponsam legitimam desponsavit, et ante reges

quantum in nobis fuit, sua propitiatione donavit. Certe nulli marito circa uxorem purior fides et amor ardentior, quam circa te nobis: nec unquam vel in mentem venit, te destituere et alii adherere. Sed nescio quo divino consilio evenit, quo matri tuae omniumque ecclesiarum consociarer et aliquid non tamen omnino a te separer. Ecce igitur cum illud caput mundi illa Romana sedes haeretico morbo laboraret, et carissimi filii nostri domini H. imperatoris Augusti presentia ad hoc invigilaret, ad hoc instaret, ut huiusmodi aegritudinem propulsaret, explosis tribus illis, quibus idem nomen papatus rapina dederat, inter tot agmina sanctorum, qui aderant, patrum, dignatione caelestis gratiae nostram indignissimam mediocritatem, cunctis nisibus refragantem voluit eligi, et altissimi apostolorum principis vice fungi. Et vulsum me tunc a tuo gratissimo latere, dulcissima sponsa, quis dolor apprehenderit, quis moeror confecerit, quo nescio pacto liceat exprimi, cum nobis omnem modum videtur transgredi, plus honoris, plus decoris, plusque virium matri quam filiae, utpote cui omne genu terrestrium flectitur; pro cuius arbitrio coeli ianua aperitur et clauditur; adversus quam nec portae prevalent inferorum; non tamen tantae dominationis cupido ostio nostrae mentis irrepsit, cordisque cervicem libenter inflexit.

Satis nobis erat: activam bene, contemplativam quoquo modo ducebamus vitam, praesertim cum perfectus amor nec speciem[a] alterius unquam, nec intueatur opulentiam.[b] Testem invocamus aciem divinam, non commentari nos apologiam. Illa enim secreta cordis rimatur, cui nulla nox obtenebratur. Pro teste quoque utimur ipsa conscientia, ubi tua est sollicitudo continua. Interiorem pupillam nunc tanta terrarum spaciositas, nunc tot retundunt opposita, quin amicam meam, sororem meam, sponsam meam, columbam meam, diligentiori cura circumspiciam, et undique munitam faciam. Concessum est nobis divinitus non ex nostris meritis, ut iam diximus, ius illud apostolicum, quod et coelis imperat et terris, unde dignum duximus et accommodum decrevimus ut de profectu nostro tu quoque proficias, et inde tibi amplius consulatur unde ipsa potestas nobis ampliatur. Piae recordationis dominus H. imperator Augustus te fundavit, te erexit, te et in altum culmen evexit: quo supplice, inexpugnabili muro et propugnaculis apostolici muniminis adversus omnes impias manus praevalentes bene circumvallata es per praedecessores nostros Johannem scilicet XIV. papam, et Benedictum. Quod et idem nos facere cupientes ut triplici tuitione circumcincta per virtutem S. Trinitatis nihil unquam paveas laesionis, nihil unquam ab aliquo molestationis, secura semper et quieta maneas in filiis, et filiabus tuis, semper Deo devote

a) Mansi hat species. b) Mansi, opulentia.

serviens, devote oboediens, statuimus per hoc nostrum apostolicum privilegium, ut de bonis illis omnibus quae tibi, sponsa carissima, virgo castissima, ecclesia speciosissima Babeberc summa liberalitas eiusdem orthodoxi imperatoris de summa devotione praecedens pio affectu contulit, et nominetenus illa per concambium convenientissimum, et acceptissimum a Vvirzeburgensi et Eigistetensi episcopis canonico et rationabili iudicio permutavit, vel quorumcumque post eum fidelium religiosa pietas obtulit et oblatura est usque in perpetuum, sive sunt mobilia, siva immobilia, nullus rex, dux, marchio, vicecomes, et praeterea non archiepiscopus, non episcopus, non abbas, nec ulla hominum persona audeat, temptet, praesumat, quicquam vel violentia vel fraude vel furto detrahere, minuere, mutilare. Quod si quis diabolico instinctu pulsatus *crudeli temeritate admittere non perhorruerit, et admissum, potius emendare neglexerit, huiusmodi hominem quicumque de communione sacrosancti sanguinis et corporis D. N. I. C. et a participio totius christianitatis non solum excludimus, sed et propulsamus. Quin et apostolici anathematis acutissima lancea eum transverberamus, ut pro male factis male perditus mortem gemat aeternam, associatus in gehena inferioris inferni daemonum principi mortis inventori, et Judae sacrilego et proditori, undique circumcinctus[a] draconibus tartareis in ultionem saevientibus, nec in ultimo tremendi Dei iudicio ad vitam resurgat sed crudelissimum corpus resumens duplici contrictione conteratur, infelicissimo et miserrimo vivendi genere mortem quaerens et non inveniens. Qui vero pio intuitu proprias manus ab huiusmodi temeritate subtraxerit, et si ita res exegerit, adversum omnes insurgentes, et quicquam auferre conantes ea bona defenderit ad tuum tuorumque opus, sanctissima Babenberc, illa scilicet ut praedictum est, quae tibi collata sunt vel de cetero in aeternum tibi conferenda sunt: talis ab illo benedicatur, qui super Cherubim sedet et gloriatur, pro eo quod hoc nostrae authoritatis privilegium studuit observare illaesum, suoque robore solidatur; quod nimirum consilio et voluntate nec non alacri promptoque animo clarissimi filii nostri iam superius memorati domini H. imperatoris Augusti de nostra apostolica sede tibi transmisimus eidem gratulari. Etenim ut te plantavit conditor tuus ille primus H. Caesar Augustus sic et hic secundus vestigia eius sequens, ut pari nomine parique dignitate, sic pari devotione te rigavit, tibi incrementum dedit, et adhuc dum usque vixerit Deo miserante et inspirante dabit. In quo te, dulcissima sponsa, optamus in saecula saeculorum crescere, pollere, vigere, dicentes: bene valete.

---

a) Mansi, circumcinctum.

b) Verbot der Simonie, Januar 1047.

(Mansi XIX, 627, nach einer fehler- und lückenhaften Aufzeichnung in der Bibliothek des Domkapitels zu Lukka.)

Lex concilii Clementis, quod detinuit Romae cum Henrico Imperatore, 1047.

Issum (sic) est antiquitus, et nos sub anathemate idipsum interdicimus, de haeresis simoniaca, quae . . . sancta Decretum Synodus (sic) nullum[a] aut ecclesiarum consecrationem aut clericatus ordinationem, aut archipresbyteratum, aut commendationes altarium, aut traditiones ecclesiarum, aut abbatias, aut praepositura vendere. Quisquis contradixerit, aut vendiderit, anathema sit.

IV. Das Papstwahldekret von 1059 (April)

a) Päpstliche Fassung.

(Scheffer-Boichorst „die Neuordnung der Papstwahl durch Nikolaus II." S. 14 ff.)*):

In nomine domini dei salvatoris nostri Jesu Christi, anno ab incarnatione eius MLIX., mense Aprili, indictione XII., praepositis[b] sacrosanctis evangeliis, praesidente quoque reverendissimo ac beatissimo Nicolao apostolico papa, in basilica Lateranensi patriarchi[c], quae cognominatur Constantiniana, considentibus etiam reverendissimis archiepiscopis, episcopis, abbatibus seu venerabilibus presbyteris atque diaconibus, idem venerabilis pontifex, auctoritate apostolica decernens, de electione summi pontificis inquit:

Novit beatitudo vestra, dilectissimi fratres et coepiscopi, inferiora quoque membra non latuit, defuncto piae memoriae domino Stephano decessore nostro, haec apostolica sedes, cui auctore deo deservio, quot adversa pertulerit, quot denique per simoniacae haeresis trapezitas malleis crebrisque tunsionibus subiacuerit, adeo ut columna dei viventis iamiam paene videretur[d] nutare et sagena

---

a) Ich vermute: Iussum est antiquitus, et nos sub anathemate id ipsum interdicimus, de haeresi simoniaca, sequentes sanctae Decretum Synodi, nullum etc.

*) Anm. Sch. stellt hier die „fehler- und lückenhafte Abschrift" her, aus welcher alle auf uns gekommenen Überlieferungen geflossen sind. Um dem Original selber möglichst nahe zu kommen, geben die folgenden Noten die sich offenbar empfehlenden Emendationen des Gratian und des Hugo v. Flavigny sowie die gut beglaubigten Einschaltungen des Sch. an.

b) Gratian, propositis. c) G., Lateranensis patriarchii. d) Sch., videretur concussa.

summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragii profunda submergi. Unde, si placet fraternitati vestrae, debemus auxiliante deo futuris casibus prudenter occurrere et ecclesiastico statui, ne rediviva — quod absit! — mala praevaleant, in posterum praevidere[a]. Quapropter instructi praedecessorum nostrorum aliorumque sanctorum patrum auctoritate decernimus atque statuimus:

§. 1 ut, obeunte huius Romanae universalis ecclesiae pontifice, inprimis cardinales episcopi diligentissima simul consideratione tractantes, mox sibi clericos cardinales adhibeant, sicque reliquus clerus et populus ad consensum novae electionis accedant.

§. 2 ut — nimirum ne venalitatis morbus qualibet occasione surripiat[b], — religiosi viri praeduces sint in promovendi pontificis electione, reliqui autem sequaces.

Et certe rectus atque legitimus hic electionis ordo perpenditur, si perspectis diversorum patrum regulis sive gestis, etiam illa beati praedecessoris Leonis sententia recolatur: „Nulla," inquit, „ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprovincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati." Quia vero sedes apostolica cunctis in orbe terrarum praefertur ecclesiis atque ideo super se metropolitanum habere non potest, cardinales episcopi procul dubio metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum antistitem ad apostolici culminis apicem provehunt.

§. 3. Eligant autem de ipsius ecclesiae gremio, si reperitur idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alia assumatur.

§ 4. Salvo debito honore et reverentia dilecti filii nostri Henrici, qui inpraesentiarum rex habetur et futurus imperator deo concedente speratur, sicut iam sibi concessimus et successoribus[c] illius, qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetraverint.

§ 5. Quodsi pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera atque gratuita electio fieri in Urbe non possit, cardinales episco picum religiosis clericis catholicisque laicis, licet paucis, ius potestatis obtineant eligere apostolicae sedis pontificem, ubi congruentius iudicaverint.

§. 6. Plane postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas, vel qualiscunque hominum conatus malignitatis studio restiterit, ut is qui electus est in apostolica sede iuxta consuetudinem intronizari non valeat, electus tamen sicut papa auctoritatem obtineat regendi sanctam Romanam ecclesiam et disponendi omnes facultates illius, quod beatum Gregorium ante consecrationem suam fecisse cognoscimus.

---

a) G., providere. b) G., subrepat. c) Hugo v. Flavigny bessert successorum.

Quodsi quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum per seditionem vel praesumptionem aut quodlibet ingenium electus aut etiam ordinatus seu intronizatus fuerit[a], auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus, sequacibus a liminibus sanctae dei ecclesiae separatus subiiciatur[b], sicut Antichristus et invasor atque destructor totius christianitatis; nec aliqua super hoc audientia aliquando ei reservetur, sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocunque prius fuerat, sine retractatione deponatur. Cui quisquis adhaeserit vel qualemcunque tanquam pontifici reverentiam exhibuerit aut in aliquo illum defendere praesumpserit, pari sententia sit mancipatus. Quisquis autem huius nostrae decretalis sententiae temerator extiterit et Romanam ecclesiam sua praesumptione confundere et perturbare contra hoc statutum tentaverit, perpetuo anathemate atque excommunicatione damnetur et cum impiis, qui non resurgent in iudicio, reputetur[c]. Omnipotentis scilicet dei patris et filii et spiritus sancti contra se iram sentiat et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quorum praesumit confundere ecclesiam, in hac vita et in futura furorem reperiat. Fiat habitatio eius deserta, et in tabernaculis eius non sit qui inhabitet. Fiant filii eius orphani et uxor eius vidua. Commotus amoveatur ipse atque filii eius et mendicent et eiiciantur de habitationibus suis. Scrutetur foenerator omnem substantiam eius, et diripiant alieni labores eius. Orbis terrarum pugnet contra eum, et cuncta elementa sint ei contraria, et omnium sanctorum quiescentium merita illum confundant et in hac vita super eum apertam vindictam ostendant. Observatores autem huius nostri decreti dei omnipotentis gratia protegat, et auctoritate[d] beatorum apostolorum Petri et Pauli ab omnium peccatorum vinculis absolvat.

Ego Nicolaus episcopus sanctae catholicae et apostolicae Romanae ecclesiae huic decreto a nobis promulgato, sicut superius legitur, subscripsi. Bonifacius dei gratia Albanensis episcopus subscripsi. Humbertus sanctae ecclesiae Silvae Candidae episcopus subscripsi. Petrus Ostiensis ecclesiae episcopus subscripsi. Et caeteri episcopi numero LXXVI cum presbyteris et diaconibus subscripserunt.

b) Kaiserliche Fassung.

[Scheffer-Boichorst S. 27 ff.*)]

In nomine domini dei salvatoris nostri Jesu Christi, anno ab incarnatione eius MLIX., mense Aprili, indictione XII., pro-

a) nach Sch. ist hier ausgefallen: non papa sed sathanas, non apostolicus sed apostaticus ab omnibus habeatur et teneatur. b) G., abiiciatur. c) G., deputetur. d) G., auctoritas.

*) Anm.: Der folgende Text beruht auf den Codices v. Floreffe und Aachen, während Pertz M. G. legg. II b. 177 den Cod. Vat., Jaffé Bibliotheca V, 21 den Cod. Udalrici zu grunde gelegt hat.

positis sacrosanctis evangeliis, praesidente quoque reverendissimo ac beatissimo Nicolao apostolico papa, in basilica Lateranensis patriarchii, que cognominatur Constantiniana, considentibus etiam reverendissimis archiepiscopis, episcopis, abbatibus seu venerabilibus presbyteris atque diaconibus, idem venerabilis pontifex, auctoritate apostolica decernens, de electione summi pontificis inquit:

Novit beatitudo vestra, dilectissimi fratres et coepiscopi, inferiora quoque membra Christi non latuit, defuncto piae memoriae domino Stephano decessore nostro, haec apostolica sedes, cui deo auctore deservio, quot adversa pertulerit quot denique per simoniacae haeresis trapezitas malleis crebrisque tunsionibus subiacuerit, adeo ut columna dei viventis iamiam paene videretur concussa nutare et sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragii profunda submergi. Unde, si placet fraternitati vestrae, debemus auxiliante deo futuris casibus prudenter occurrere et ecclesiastico statui, ne vediviva, — quod absit! — mala praevaleant, in posterum providere. Quapropter instructi praedecessorum nostrorum aliorumque sanctorum patrum auctoritate decernimus atque statuimus:

§. 1 ut obeunte huius Romanae universalis ecclesiae pontifice inprimis cardinales diligentissima simul consideratione tractantes[a], salvo debito honore et reverentia dilecti filii nostri Heinrici, qui in praesentiarum rex habetur et futurus imperator deo concedente speratur, sicut iam sibi mediante eius nuntio Longobardiae cancellario W. concessimus, et successorum illius, qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetraverint, ad consensum novae electionis accedant.

§. 2 ut — nimirum ne venalitatis morbus qualibet occasione surripiat[b], — religiosi viri cum serenissimo filio nostro rege Heinrico praeduces sint in promovendi pontifices electione, reliqui autem sequaces.

§. 3 Eligant autem de ipsius ecclesiae gremio, si reperitur idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alia assumatur.

§. 4 Quodsi pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera atque gratuita electio fieri in Urbe non possit, licet pauci sint, ius tamen potestatis obtineant, eligere apostolicae sedi pontificem, ubi cum invictissimo rege Heinrico congruentius iudicaverint.

§. 5 Plane postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas vel qualiscunque hominum conatus malignitatis studio restiterit, ut is qui electus est in apostolicam sedem iuxta consuetudinem inthronizari non valeat, electus tamen sicut papa auctoritatem

---

a) Ud., tractent. b) Ud., surrepat.

obtineat regendi sanctam Romanam ecclesiam et disponendi omnes facultates illius, quod beatum Gregorium ante suam consecrationem fecisse cognoscimus[a].

Quodsi quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum per seditionem vel praesumptionem aut quodlibet ingenium electus aut etiam ordinatus seu intronizatus fuerit, non papa sed sathanas, non apostolicus sed apostaticus ab omnibus habeatur et teneatur, et auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus et sequacibus a liminibus sanctae ecclesiae separatus subiciatur[b], sicut Antichristus et invasor atque destructor totius christianitatis, nec aliqua super hoc audientia aliquando ei reservetur, sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocunque prius fuerat, sine retractione[c] deponatur. Cui quisquis adhaeserit vel qualemcunque tamquam pontifici reverentiam exhibuerit aut illum in aliquo defendere praesumpserit, pari sententia sit mancipatus. Quisquis autem huius nostrae decretalis sententiae temerator extiterit et Romanam ecclesiam sua praesumptione confundere et perturbare contra hoc statutum tentaverit, perpetuo anathemate atque excommunicatione damnetur et cum impiis, qui non resurgunt in iudicio, reputetur[d]. Omnipotentis scilicet dei patris et filii et spiritus sancti contra se iram sentiat et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quorum praesumit ecclesiam confundere, in hac vita et in futura furorem reperiat. Fiat habitatio eius deserta et in tabernaculo eius non sit qui inhabitet. Fiant filii eius orphani et uxor eius vidua. Commotus amoveatur ipse atque eius filii et mendicent et eiciantur de habitationibus suis! Scrutetur foenerator omnem substantiam eius, et diripiant alieni labores eius. Orbis terrarum pugnet contra eum et cuncta elementa sint ei contraria, et omnium sanctorum[e] quiescentium merita illum confundant et in hac vita super eum apertam vindictam ostendant. Observatores autem huius nostri decreti dei omnipotentis gratia protegat et auctoritate principum apostolorum Petri et Pauli ab omnibus peccatorum vinculis absolvat. Amen.

Ego Nicolaus episcopus sanctae catholicae et apostolicae Romanae ecclesiae huic decreto a nobis sicut superius legitur promulgato subscripsi.

Bonifacius dei gratia Albanensi episcopus subscripsi. Humbertus sanctae Silvae Candidae ecclesiae episcopus subscripsi. Petrus Ostiensis episcopus subscripsi. Petrus Lavicanensis episcopus subscripsi. Johannes Portuensis episcopus subscripsi.

---

a) Im Vat. ist v. zweiter Hand hinzugefügt: ita tamen ut a nemine consecretur, nisi prius a rege investiatur ac laudetur. b) Ud., abiiciatur. c) Ud., retractatione. d) Ud., deputetur. e) Vat. Ud., sanctorum Romae.

Johannes cardinalis tituli sancti Marci, Leo cardinalis tituli sancti Damasi, Vivus cardinalis tituli sanctae Mariae trans Tiberin, Desiderius cardinalis tituli sanctae Ceciliae; hi omnes subscripserunt.

Mancius archidiaconus, Crescentius diaconus, Amantius diaconus, omnes sanctae Romanae ecclesiae subscripserunt. Hildebrandus monachus et subdiaconus et ceteri Romanae ecclesiae subscripserunt. (Folgen noch die Unterschriften von 6 Erzbischöfen und 68 Bischöfen.)

V. Investiturverbot.

[Auf der Fastensynode des J. 1075 wurde bekanntlich das erste Investiturverbot erlassen. Die Fassung dieses Dekretes, das nicht publiziert wurde, da der Papst vorerst noch mit dem deutschen König darüber verhandeln wollte, ist nicht auf uns gekommen. Erwähnt wird dasselbe bei Arnulf, Gesta archiepiscoporum Mediolanensium, M. G. SS VIII, 27: ‚Papa habita Romae synodo palam interdicit ius deinde habere aliquod in dandis episcopatibus omnesque laicas ab investituris ecclesiarum summovet personas.' Das verlorengegangene Dekret unterschied sich wohl wenig von den Investiturverboten der Jahre 1078 und 1080*), die deshalb gleich hier Aufnahme finden. Das letztere ging später in das Decretum Gratiani über.]

a) Das Investiturverbot vom 19. November 1078.

(Gregorii VII. Reg.**) VI Nr. 5 b; Jaffé Bibliotheca Rerum Germanicarum II, 332.)

Quoniam investituras ecclesiarum contra statuta sanctorum patrum a laicis personis in multis partibus cognovimus fieri et ex eo plurimas perturbationes in ecclesia oriri, ex quibus christiana religio conculcatur, decernimus: ut nullus clericorum investituram episcopatus vel abbatiae vel ecclesiae de manu imperatoris vel regis vel alicuius laicae personae, viri vel feminae, suscipiat. Quod si praesumpserit, recognoscat: investituram illam apostolica auctoritate irritam esse, et se usque ad condignam satisfactionem excommunicationi subiacere.

b) Das Investiturverbot vom 7. März 1080.

(Gregorii VII. Reg. VII, Nr. 14 a; Jaffé II, 398 f.)

Sequentes statuta sanctorum patrum — sicut in prioribus conciliis, quae Deo miserante celebravimus, de ordinatione ecclesiasticarum dignitatum statuimus — ita et nunc apostolica auctori-

*) Am ehesten möchte ich aus obigem Citate auf Ähnlichkeit mit der Fassung des Jahres 1080 schliessen, wenn auch (nach Giesebrecht, Münch. histor. Jahrb. 1866, S. 129) die Strafe der Exkommunikation 1075 noch nicht ausgesprochen worden sein mag. **) Cod. Vaticanus (11. Ihd.).

tate decernimus ac confirmamus: ut, si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter episcopos vel abbates habeatur nec ulla ei ut episcopo seu abbati audientia concedatur. Insuper etiam ei gratiam sancti Petri et introitum ecclesiae interdicimus, quo usque locum, quem sub crimine tam ambitionis quam inobedientiae, quod est scelus idolatriae, cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus.

Item si quis imperatorum regum ducum marchionum comitum vel quilibet saecularium potestatum aut personarum investituram episcopatuum vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare praesumpserit, eiusdem sententiae vinculo se obstrictum esse sciat. Insuper etiam, nisi resipiscat et ecclesiae propriam libertatem dimittat, divinae animadversionis ultionem in hac praesenti vita tam in corpore suo quam ceteris rebus suis sentiat; ut in adventu Domini spiritus salvus fiat.

VI. Dictatus papae, 1075.

(Greg. VII. Reg. II, Nr. 55a; Jaffé II, 174.)

Quod Romana ecclesia a solo Domino sit fundata.

Quod solus Romanus pontifex iure dicatur universalis.

Quod ille solus possit deponere episcopos vel reconciliare.

Quod legatus eius omnibus episcopis praesit in concilio*), etiam inferioris gradus; et adversus eos sententiam depositionis possit dare.

Quod absentes papa possit deponere.

Quod cum excommunicatis ab illo inter cetera nec in eadem domo debemus manere.

Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere, novas plebes congregare, de canonica abbatiam facere, et e contra divitem episcopatum dividere et inopes unire.

Quod solus possit uti imperialibus insigniis.**)

Quod solius papae pedes omnes principes deosculentur.

Quod illius solius nomen in ecclesiis recitetur.

Quod hoc unicum est nomen in mundo.

Quod illi liceat imperatores deponere.

Quod illi liceat de sede ad sedem, necessitate cogente, episcopos transmutare.

*) Vgl. Greg. VII. Reg. II, 28 (Jaffé II, 140) u. Sudendorf, Reg. I, Nr. 5. **) Vgl. Constantinische Schenkung, Decretal. Pseudoisidor. ed. Hinschius p. 253.

Quod de omni ecclesia, quocumque voluerit, clericum valeat ordinare.

Quod ab illo ordinatus alii ecclesiae praeesse potest, sed non militare; et quod ab aliquo episcopo non debet superiorem gradum accipere.

Quod nulla synodus absque praecepto eius debet generalis vocari.

Quod nullum capitulum nullusque liber canonicus habeatur absque illius auctoritate.

Quod sententia illius a nullo debeat retractari, et ipse omnium solus retractare possit.*)

Quod a nemine ipse iudicari debeat.

Quod nullus audeat condemnare apostolicam sedem apellantem.

Quod maiores causae cuiuscumque ecclesiae ad eam referri debeant.

Quod Romana ecclesia numquam erravit nec in perpetuum, scriptura testante, errabit.

Quod Romanus pontifex, si canonice fuerit ordinatus, meritis beati Petri indubitanter efficitur sanctus, testante sancto Ennodio Papiensi episcopo**), ei multis sanctis patribus faventibus, sicut in decretis beati Symachi papae continetur.***)

Quod illius praecepto et licentia subiectis liceat accusare.

Quod absque synodali conventu possit episcopos deponere et reconciliare.

Quod catholicus non habeatur, qui non concordat Romanae ecclesiae.

Quod a fidelitate iniquorum subiectos potest absolvere.

VII. Schreiben Gregors VII. an Heinrich IV., c. 8. Dezember 1075.†)

(Greg. VII. Reg. III, Nr. 10; Jaffé II, 218 ff.)

Gregorius episcopus servus servorum Dei Henrico regi salutem et apostolicam benedictionem, si tamen apostolicae sedi, ut christianum decet regem, oboedierit.

*) Vgl. Greg. VII. Reg. I, Nr. 60 (Jaffé II, 79): apostolica iudicia, non dico tibi, sed nec ulli patriarcharum aut primatum retractandi licentiam fore existimes. **) Vgl. Ennodii Opp. ed. Sirmondus p. 324. ***) Decretal. Pseudoisidor. ed. Hinschius p. 675.

†) Anm. Jaffé datiert 8. Januar 1076. Nach Floto, Heinrich IV. und sein Zeitalter II, 71 f. ist der Brief in der ersten Hälfte des Dezember 1075 geschrieben, wahrscheinlich am 8. Dezember.

Considerantes ac sollicite pensantes, quam districto iudici de dispensatione crediti nobis per beatum Petrum apostolorum principem ministerii rationem reddituri sumus, cum dubitatione apostolicam tibi benedictionem mandavimus; quoniam iudicio sedis apostolicae ac synodali censura excommunicatis communionem tuam scienter exhibere diceris. Quod si verum est, tu ipse cognoscis: quod nec divinae nec apostolicae benedictionis gratiam percipere possis, nisi, his qui excommunicati sunt a te separatis et compulsis ad poenitentiam, de transgressione tua condigna penitudine et satisfactione prius absolutionem consequaris et indulgentiam. Unde excellentiae tuae consulimus: ut, si in hac re te culpabilem sentis, celeri confessione ad consilium alicuius religiosi episcopi venias. Qui, cum nostra licentia, congruam tibi pro hac culpa iniungens poenitentiam, te absolvat; et nobis tuo consensu modum poenitentiae tuae per epistolam suam veraciter intimare studeat.

De cetero mirum nobis valde videtur: quod totiens nobis tam devotas epistolas et tantam humilitatem tuae celsitudinis per legatorum tuorum verba transmittis; filium te sanctae matris ecclesiae et nostrum vocas, in fide subiectum, in dilectione unicum, in devotione praecipuum; postremo cum omni affectu dulcedinis et reverentiae te commendas; re tamen et factis asperrimum canonicis atque apostolicis decretis in his, quae ecclesiastica religio maxime poscit, te contrarium ostendis. Nam, ut de reliquis taceamus, quod de causa Mediolanensi*) per matrem tuam, per confratres nostros episcopos, quos ad te misimus, nobis promiseras, qualiter attenderis aut quo animo promiseris, ipsa res indicat. Et nunc quidem, ut vulnus vulneri infligeres, contra statuta apostolicae sedis tradidisti Firmanam et Spoletanam ecclesiam — si tamen ab homine tradi ecclesia aut donari potest — quibusdam personis nobis etiam ignotis**); quibus non licet, nisi probatis et ante bene cognitis, regulariter manum imponere. Decuerat regiam dignitatem tuam, cum te filium ecclesiae confiteris, honorabilius magistrum ecclesiae, hoc est beatum Petrum apostolorum principem, intueri. Cui, si de dominicis ovibus es, dominica voce et potestate ad pascendum traditus es, dicente sibi Christo: „Petre, pasce oves meas", et iterum: „Tibi tradite sunt claves regni caelorum; et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis; et quodcumque solveris super

*) S. Arnulf, Gesta archiepiscoporum Mediolanensium V, c. 5 und Greg. VII. Reg. III, Nrr. 8 und 9 (bei Jaffé II, 214 ff.). **) Nach Giesebrecht, Kaiserzeit III, 344 hat Heinrich die erledigten Bistümer Firmo und Spoleto ihm vertrauten deutschen Klerikern verliehen und zwar mit Rücksicht auf die Ausdehnung der normannischen Eroberungen in diese Gegenden.

terram, erit solutum et in caelis." In cuius sede et apostolica administratione dum nos qualescumque peccatores et indigni divina dispositione vicem suae potestatis gerimus, profecto, quicquid ad nos vel per scripta aut nudis verbis miseris, ipse recipit. Et dum nos aut elementa[a] percurrimus aut loquentium voces auscultamus, ipse, ex quo corde mandata prodierint, subtili inspectione discernit. Quapropter providendum esset tuae celsitudini: ne erga sedem apostolicam in verbis et legationibus tuis aliqua inveniretur discrepantia voluntatis; et in his, per quae christiana fides et status ecclesiae ad aeternam salutem maxime proficit, non nobis sed Deo omnipotenti debitam non denegares reverentiam; quamquam apostolis eorumque successoribus Dominus dicere dignatus sit: „Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit." Scimus enim, quoniam, qui fidelem Deo oboedientiam exhibere non rennuit, in his, quae sanctorum patrum statuta sequentes dixerimus, veluti si ab ore ipsius apostoli accepisset, nostra monita servare non spernit. Nam, si propter reverentiam cathedre Moysi Dominus praecepit apostolis, ut quaecunque scribae et Farisei super eam sedentes dicerent observarent, non dubium est, quin apostolica et euangelica doctrina, cuius sedes et fundamentum Christus est, cum omni veneratione a fidelibus per eos, qui in ministerium praedicationis electi sunt, suscipienda et tenenda sit.

Congregata nanque hoc in anno apud sedem apostolicam synodo — cui nos superna dispensatio praesidere voluit, cui etiam nonnulli tuorum interfuere fidelium — videntes ordinem christianae religionis multis iam labefactatum temporibus, et principales ac proprias lucrandarum animarum causas diu prolapsas et suadente diabolo conculcatas, concussi periculo et manifesta perditione dominici gregis, ad sanctorum patrum decreta doctrinamque recurrimus; nichil novi, nichil adinventione nostra statuentes; sed primam et unicam ecclesiasticae disciplinae regulam et tritam sanctorum viam relicto errore repetendam et sectandam esse censuimus. Neque enim alium nostrae salutis et aeternae vitae introitum Christi ovibus eorumque pastoribus patere cognoscimus, nisi quem, ab ipso monstratum qui dixit: „Ego sum ostium; per me si quis introierit, salvabitur et pascua inveniet", et ab apostolis praedicatum, et a sanctis patribus observatum, in euangelica et in omni divinarum scripturarum pagina didicimus. Huius autem[b] decreti — quod quidam dicunt, humanos divinis honoribus praeponentes, importabile pondus et immensam gravitudinem, nos autem magis proprio vocabulo: recuperandae salutis neces-

a) Buchstaben, Schreiben. b) Ein Wort, wie auctoritatem oder paginam, scheint hier ausgefallen zu sein.

sariam veritatem vocamus et lucem — non solum a te vel ab his, qui in regno tuo sunt, sed ab omnibus terrarum principibus et populis, qui Christum confitentur et colunt, devote suscipiendam et observandam adiudicavimus; quamquam hoc multum desideremus et te permaxime deceret, ut, sicut caeteris gloria honore virtuteque potentior, ita esses et in Christi devotione sublimior.

Attamen, ne haec supra modum tibi gravia aut iniqua viderentur, per tuos fideles tibi mandavimus: ne pravae consuetudinis mutatio te commoveret; mitteres ad nos, quos sapientes et religiosos in regno tuo invenire posses; qui si aliqua ratione demonstrare vel adstruere possent, in quo, salvo aeterni Regis honore et sine periculo animarum nostrarum, promulgatam sanctorum patrum possemus temperare sententiam, eorum consiliis condescenderemus. Quod quidem etsi a nobis tam amicabiliter monitus non fuisses, aequum tamen fuerat: ut prius, in quo te gravaremus aut tuis honoribus obstaremus, rationabiliter a nobis[a] exigeres, quam apostolica decreta violares. Verum, quanti aut nostra monita aut observantiam iustitiae feceris in his, quae postmodum a te gesta et disposita sunt, declaratur.

Sed quia, dum adhuc longa Dei patientia ad emendationem te invitat, crescente intelligentia tua, ad oboedientiam mandatorum Dei cor et animum tuum flecti posse speramus; paterna te caritate monemus: ut, Christi super te imperium recognoscens, honorem tuum eius honori praeponere, quam sit periculosum cogites; et libertatem ecclesiae, quam sponsam sibi coelesti consortio iungere dignatus est, non iam tua occupatione impedias; sed, quo maxime crescat, Deo omnipotenti et beato Petro, a quibus et tua mereatur amplificari gloria, auxilium tuae virtutis fideli devotione exhibere incipias. Quod nimirum pro collata tibi ex hostibus tuis victoria nunc a te permaxime illis debitum fore, cognoscere debes; ut, dum te memorabili prosperitate laetificant, ex concessis beneficiis devotiorem videant. Atque hoc ut timor Dei, in cuius manu et potestate omne regnum est et imperium, praecordiis tuis altius quam nostra admonitio infigat, in mente habeas: quid Sauli, post adeptam victoriam, qua propheta iubente usus est, de suo triumpho glorianti et eiusdem prophetae monita non exequenti, acciderit et qualiter a Domino reprobatus sit; quanta vero gratia David regem ex merito humilitatis inter virtutum insignia subsecuta fuit.

Denique super his, quae in epistolis tuis visa ac cognita reticemus, non antea tibi certa responsa dabimus, donec legati

a) Jaffé vermutet hier den Ausfall von iustitiam.

tui Rabbodi*), Adelpreth et Uodescalki, quos[a] his adiunximus, ad nos reversi, super his, quae illis tecum agenda commisimus**), tuam nobis plenius aperiant voluntatem. Data Romae 6 Idus Ianuarii, indictione 14.

VIII. Synode zu Worms, 24. Jan. 1076.

[Lambert ad ann. 1076, Ian. Aderant praeterea Hildebrandi papae legati, denunciantes regi, ut secunda feria secundae ebdomadae in quadragesima ad sinodum Romae occurreret, de criminibus quae obicerentur causam dicturus; alioquin sciret, se absque omni procrastinatione eodem die de corpore sanctae ecclesiae apostolico anathemate abscidendum esse. Quae legatio regem vehementer permovit; statimque abiectis cum gravi contumelia legatis, omnes qui in regno suo essent episcopos et abbates, Wormaciae dominica septuagesimae convenire praecepit, tractare cum eis volens, ad deponendum Romanum pontificem si qua sibi via, si qua ratio pateret; in hoc cardine totam verti ratus salutem suam et regni stabilitatem, si is non esset episcopus.]

a) Schreiben der Bischöfe an Gregor VII., 24. Jan. 1076.

(Codex Udalrici Nr. 162; Mon. Germ. legg. II, 44 ff.)

Sigifridus Mogontinus archiepiscopus, Udo Treverensis, Willehelmus Traiectensis, Herimannus Metensis, Heinricus Leodiensis, Ricbertus Verdonensis, Bibo Tullensis, Hozemannus Spirensis, Burckhardus Halberstadensis, Wernherus Strasburgensis, Burchardus Basiliensis, Otto Constantiensis, Adalbero Wirciburgensis, Routbertus Babenbergensis, Otto Ratisponensis, Ellinardus Frisingensis, Odalricus Eistetensis, Fridericus Monasteriensis, Eilbertus Mindensis, Hezil Hiltinisheimensis, Benno Oseneburgensis, Eppo Neapolitanus, Imadus Paderbrunnensis, Tiedo Brandaneburgensis, Burchardus Losannensis, Bruno Veronensis[b], Hildebrando fratri.

Cum primum ecclesiae gubernacula invasisses, etsi bene nobis cognitum esset, quam illicitam et nefariam rem contra ius et fas familiari tibi arrogantia praesumpsisses; dissimulanda tamen dis-

---

a) Die Handschrift hat hier qui; Jaffé vermutet et illi quos. b) Die Namen der Bischöfe sind enthalten im Cod. Hannoveranus (16. Ihd.), fehlen aber im Cod. Udalrici.

*) Rapoto v. Vohburg. **) Über den Inhalt dieser geheimen Aufträge gibt Gregor VII. selbst Aufschluss. S. Nr. XI. Nach Giesebrecht, Kaiserzeit III, 348 scheint er dabei im wesentlichen nichts anderes übergangen zu haben, als dass er durch die Gesandten dem Könige ankünden liess, er werde schon auf der nächsten Fastensynode die angedrohten Strafen verhängen, wofern derselbe nicht bis dahin deutliche Beweise seiner Sinnesänderung gegeben habe". Die gleich anzuführende Nachricht Lamberts v. Hersfeld, Heinrich sei persönlich zur nächsten Fastensynode vom Papste vorgeladen worden, hält Giesebrecht für unbegründet.

pensatoria quadam taciturnitate, tam vitiosa introitus tui exordia putavimus, sperantes videlicet tam criminosa principia consequentis regiminis tui probitate et industria emendanda, et aliquatenus oblitteranda. Verum nunc, ut lamentabilis universalis ecclesiae status clamat et deplorat, malis initiis tuis per peiores actionum decretorumque tuorum progressus infelici respondes tenore et pertinacia. Cum enim Dominus et redemptor noster pacis et charitatis bonum quasi singularem fidelibus suis characterem impresserit, cuius rei testimonia plura extant quam ut epistolari brevitate comprehendi valeant, tu e contrario dum profanis studes novitatibus, dum magis amplo quam bono nomine delectaris, dum inaudita elatione distenderis, velut quidam signifer scismatis omnia membra ecclesiae quae secundum apostolum quietam et tranquillam vitam ante haec tua tempora agebant, superba crudelitate, crudelique superbia lacerasti, flammamque discordiae quam in Romana ecclesia diris factionibus excitasti, per omnes ecclesias Italiae, Germaniae, Galliae[a] et Hispaniae furiali dementia sparsisti. Sublata enim, quantum in te fuit, omni potestate ab episcopis, quae eis divinitus per gratiam sancti Spiritus, qui maxime in ordinationibus operatur, collata esse dinoscitur, omnique rerum ecclesiasticarum administratione plebeio furori per te attributa, dum iam nemo alicui episcopus aut presbyter est, nisi qui haec indignissima assentatione a fastu tuo emendicavit, omnem apostolicae institutionis vigorem, illamque pulcherrimam membrorum Christi distributionem quam doctor gentium tociens commendat et inculcat, miserabili confusione miscuisti; sicque per haec tua gloriosa decreta, quod sine lachrimis dici non potest, Christi fere nomen periit. Quis autem illud pro indignitate rei non stupeat, quod novam quandam indebitamque potentiam tibi usurpando arrogas, ut debita universae fraternitati iura destruas? Asseris enim, cuiuscunque nostrum parrochiani aliquod ad te delictum vel sola fama perveniat, ultra iam non habere quemquam nostrum aliquam potestatem vel ligandi eum vel solvendi, praeter te solum, aut eum quem tu specialiter ad hoc delegeris.*) Quae sententia, quam omnem insaniam excedat, quis in sacris literis eruditus von videat? Quia ergo per hos aliosque praesumptionum tuarum spiritus ecclesiam Dei tam graviter periclitantem, imo fere pessundatam diutius tollerare, omni malo deterius iudicavimus; placuit, ut communi consilio omnium nostrum tibi, quod hactenus tacuimus, innotescat, quam ob rem nec modo possis, nec unquam potueris sedi apostolicae praeesse. Tu ipse tempore bonae memoriae Heinrici imperatoris te ipsum corporali sacramento obstrinxisti, quod nunquam vivente ipso imperatore,

a) fehlt im Cod. Ud.
*) Vgl. Greg. VII. Reg. I, Nr. 60 (Jaffé II, 79).

aut filio eius domino nostro glorioso rege, qui modo summae rerum praeest, papatum aut ipse susciperes, aut alium quantum in te esset suscipere patereris, absque assensu et laudamento vel patris dum viveret, et filii dum et ipse viveret.[a] Adque hoc sacramentum sunt hodie testes plerique episcopi, qui hoc tunc et oculis suis videre et auribus audiere. Illud etiam recordare, quomodo tu ipse, cum aliquos ex cardinalibus ambitio papatus titillaret, ad tollendam aemulationem, hac occasione et conditione, ut idem hoc ipsi facerent, sacramento te obligasti, quod nunquam papatum habiturus esses. Utraque haec sacramenta quam sancte observaveris, tu videris. Praeterea cum tempore Nicolai papae synodus celebraretur, in qua 125 episcopi consederant, sub anathemate id statutum et decretum est, ut nullus unquam papa fieret, nisi per electionem cardinalium et approbationem populi et per consensum auctoritatemque regis. Atque huius consilii seu decreti tu ipse auctor, persuasor subscriptorque fuisti. Ad hoc quasi foetore quodam gravissimi scandali totam ecclesiam replesti de convictu et cohabitatione alienae mulieris familiariori, quam necesse est. In qua re verecundia nostra magis quam causa laborat, quamvis haec generalis querela ubique personuerit, omnia iudicia, omnia decreta per feminas in apostolica sede actitari, denique per hunc feminarum novum senatum[b] totum orbem ecclesiae administrari. Nam de iniuriis et contumeliis episcoporum, quos filios meretricum et cetera id genus indignissime appellas, nulla querimonia sufficit. Quia ergo introitus tuus tantis periuriis est initiatus, et ecclesia Dei tam gravi tempestate per abusionem tuarum novitatum periclitatur, et vitam conversationemque tuam tam multiplici infamia dehonestasti, obedientiam, quam nullam tibi promisimus, nec de caetero ullam servaturos esse, renuntiamus, et quia nemo nostrum, ut tu publice declamabas, tibi hactenus fuit episcopus, tu quoque nulli nostrum amodo eris apostolicus.

b) Schreiben Heinrichs IV. an Gregor VII., 24. Januar 1076.

(Mon. Germ. legg. II, 47.)

Heinricus non usurpatione, sed pia Dei ordinatione rex, Hildebrando iam non apostolico, sed falso monacho. Hanc talem pro confusione tua salutationem promeruisti, qui nullum in ecclesia ordinem praeteristi, quem confusionis non honoris, maledictionis non benedictionis, participem non feceris. Ut enim de multis pauca et egregia loquamur, rectores sanctae ecclesiae, videlicet archiepiscopos, episcopos, presbiteros, non modo non tangere, sicut christos Domini, non timuisti, quin sicut servos nescientes quid

a) e. f. d. e. i. v. fehlt im Cod. Ud. b) Cod. Ud., per feminas.

faciat dominus eorum, sub pedibus tuis calcasti. In quorum conculcatione tibi favorem ab ore vulgi comparasti; quos omnes nihil scire, te autem solum omnia nosse iudicasti, qua utique scientia non ad aedificationem, sed ad destructionem uti studuisti; ut iure hoc beatum Gregorium, cuius nomen tibi usurpasti, de te prophetasse credamus sic dicentem: Ex affluentia subiectorum plerumque animus praelati extollitur, et aestimat se plus omnibus posse. Et nos quidem haec omnia sustinuimus, dum apostolicae sedis honorem servare studuimus; sed tu humilitatem nostram timorem fore intellexisti, ideoque et in regiam potestatem nobis a Deo concessam exurgere non timuisti, quam te nobis auferre ausus es minari: quasi nos a te regnum acceperimus, quasi in tua et non in Dei manu sit vel regnum vel imperium. Quia dominus noster Iesus Christus nos ad regnum, te autem non vocavit ad sacerdotium. Tu enim his gradibus ascendisti; scilicet astutia, quod monachica professio abhominatur, pecuniam, pecunia favorem, favore ferrum, ferro sedem pacis adisti, et de sede pacis pacem turbasti, dum subditos in praelatos armasti, dum episcopos nostros a Deo vocatos, tu non vocatus spernendos docuisti, dum laicis ministerium eorum super sacerdotes usurpasti, ut ipsi deponant vel condempnent, quos ipsi a manu Dei per impositionem manuum episcopalium docendi acceperant. Me quoque, qui licet indignus inter christos ad regnum sum unctus, tetigisti, quem sanctorum patrum traditio soli Deo iudicandum docuit, nec pro aliquo crimine nisi a fide, quod absit, exorbitaverim, deponendum asseruit; cum etiam Iulianum apostatam prudentia sanctorum patrum non sibi sed soli Deo iudicandum deponendumque commiserit. Ipse quoque verus papa beatus Petrus clamat: Deum timete, regem honorate. Tu autem, qui Deum non times, in me constitutum eius inhonoras. Unde beatus Paulus, ubi angelo de coelo, alia si praedicaverit, non pepercit, te quoque in terris alia docentem non excepit. Ait enim: Si quis vel ego vel angelus e coelo praeter id quod euangelizatum est vobis euangelizaverit, anathema sit. Tu ergo hoc anathemate, et omnium episcoporum nostrorum iudicio et nostro dampnatus descende, vendicatam sedem apostolicam relinque; alius in solium beati Petri ascendat, qui nulla violentiam religione palliet[a], sed beati Petri sanam doceat doctrinam. Ego Heinricus Dei gratia rex cum omnibus episcopis nostris tibi dicimus: Descende, descende, per secula damnande![b]

a) Cod. Hannoveranus, nullam violentiam belli. b) p. s. d. fehlt im Cod. Ud.

IX. Erste Absetzung und Bannung Heinrichs IV. durch Gregor VII., 22. Febr. 1076.

(Greg. VII. Reg. III, Nr. 10 a; Jaffé II, 223 f.)

Beate Petre apostolorum princeps, inclina, quaeso, pias aures tuas nobis et audi me servum tuum, quem ab infantia nutristi et usque ad hanc diem de manu iniquorum liberasti, qui me pro tua fidelitate oderunt et odiunt. Tu michi testis es et domina mea mater Dei et beatus Paulus frater tuus inter omnes sanctos: quod tua sancta Romana ecclesia me invitum ad sua gubernacula traxit, et ego non rapinam arbitratus sum ad sedem tuam ascendere, potiusque volui vitam meam in peregrinatione finire, quam locum tuum pro gloria mundi saeculari ingenio arripere. Et ideo ex tua gratia non ex meis operibus credo quod tibi placuit et placet: ut populus christianus, tibi specialiter commissus, michi obediat. Specialiter pro vice tua michi commissa et michi tua gratia est potestas a Deo data ligandi atque solvendi in celo et in terra. Hac itaque fiducia fretus, pro ecclesiae tuae honore et defensione, ex parte omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus sancti per tuam potestatem et auctoritatem Heinrico regi, filio Heinrici imperatoris, qui contra tuam ecclesiam inaudita superbia insurrexit, totius regni Teutonicorum et Italiae gubernacula contradico; et omnes christianos a vinculo iuramenti, quod sibi fecerunt vel facient, absolvo; et, ut nullus ei sicut regi serviat, interdico. Dignum est enim, ut, qui studet honorem ecclesiae tuae imminuere, ipse honorem amittat, quem videtur habere. Et quia sicut christianus contempsit oboedire nec ad Deum rediit quem dimisit — participando excommunicatis; et multas iniquitates faciendo; meaque monita, quae pro sua salute sibi misi te teste, spernendo; seque ab ecclesia tua, temptans eam scindere, separando — vinculo eum anathematis vice tua alligo. Et sic eum ex fiducia tua alligo: ut sciant gentes et comprobent, quia tu es Petrus et super tuam petram filius Dei vivi aedificavit ecclesiam suam et porte inferi non praevalebunt adversus eam.

X. Einladungsschreiben Heinrichs IV. zum Wormser Nationalkonzil — Königliche Rechtfertigung, 1076.*)

(Mon. Germ. legg II, 47 f.)

Heinricus Dei gratia rex, A.*) gratiam, salutem, dilectionem, non omnibus, sed paucis eandem.

*) Anm. Das zweite Nationalkonzil, welches Heinrich nach Worms berief, um neuerdings über Gregor zu Gericht zu sitzen und einen anderen

In maximis negotiis maximis maximorum est consiliis opus, qui et facultatem habeant exterius, et voluntate non careant interius, ut rei cui bene cupiunt, bene consulere et velint et possint. Quia in cuiuslibet rei provectu, nec facultas sine voluntate, nec voluntas sine facultate proderit. Quod utrumque tu fidelissime, ut arbitramur, aequaliter possides, vel ut verius dicamus, licet maximo tibi maxima non desit facultas, maior tamen adhuc maxima facultate, si bene te novimus, si fidem tuam diligenter notavimus, in nostram et regni utilitatem tibi exuberat voluntas. De praeteritis enim fideliter exhibitis in futuris crescit spes fidelius exhibendis. Tuae autem dilectioni committimus, ne spe nostra minor sit fides tua; quia de nullius regni principum [vel episcoporum] fidelitate, quam [de] tua maiora speramus, sicut hactenus non modo in praeteritarum rerum exhibitione, verum etiam in sperandarum promissione tua gravisi sumus. Assit igitur hoc in tempore oportuna tua cum facultate voluntas, quam non modo nostra, verum etiam omnium coepiscoporum fratrumque tuorum, immo totius oppressae ecclesiae exoptat necessitas. Non etiam hanc oppressionem ignoras, tantum vide ne oppressae ecclesiae solatium subtrahas, sed regno et sacerdotio condoleas: quo utroque sicut hucusque ecclesia est exaltata, ita nunc heu humiliatur utroque viduata. Nam unus dum utrumque sibi vendicavit, utrumque dissipavit, nec in uno profuit, qui in neutro prodesse voluit, nec potuit. Et ne diutius notati nomine te suspendamus, accipe quem dicimus, Hildebrandum scilicet, monachum habitu quidem, dictum apostolicum, non pastoris cura sed invasoris violentia apostolicae sedi praesidentem, et de sede pacis catholicae, pacis unicae vincula dissipantem, ut tibimet ipsi in promptu est scire. Ut enim de pluribus pauca referamus, regnum ac sacerdotium Deo nesciente sibi usurpavit, in quo piam Dei ordinationem contempsit, quae non in uno sed in duobus duo, id est regnum ac sacerdotium, principaliter consistere voluit: sicut ipse Salvator in passione sua de duorum gladiorum sufficientia typica*) intelligi innuit. Cui cum diceretur: Ecce Domine, duo gladii hic! respondit: satis est! significans hac sufficiente dualitate spiritalem et carnalem gladium in ecclesia esse gerendum, quibus omne nocivum foret amputandum, videlicet sacerdotali ad obedientiam

---

Papst zu erheben, sollte Pfingsten, 15. Mai, zusammentreten, musste aber wegen zu geringer Teilnahme aufgegeben werden. Genauere Datierung des Schreibens ist unmöglich. Bei der Sigle *A* dachte Urstisius, offenbar irrtümlich, an Anno, Pertz an Adalbero v. Würzburg, Giesebrecht III, 372 nimmt Altwin v. Brixen an.

*) S. Lukas XXII, 34 ff. und Johannes XVIII, 10—11. — Dies ist die erste Erwähnung der Lehre von den zwei Schwertern und zwar im kaiserlichen Sinne. Der eigentliche Begründer der Schwertertheorie im päpstlichen Sinne ist der heilige Bernhard v. Clairvaux.

regis pro Deo, regali vero gladio ad expellendos inimicos Christi exterius, et ad obedientiam sacerdotii interius, omnem hominem docens fore constringendum, ut ita de alio in alium charitate tenderetur, dum nec sacerdotii regnum, nec sacerdotium regni honore privaretur. Hanc Dei ordinationem qualiter Hildebrandica insania confuderit, tu ipse nosti, si scire novisti vel voluisti. Nam nullum eius iudicio licet esse sacerdotem, nisi qui hoc a fastu suo emendicaverit. Me quoque, quem Deus in regnum, non autem ad sacerdotium illum vocavit, quia me de Deo, non de illo regnare velle vidit, quia ipse me regem non constituit, regno privare studuit, minitans regnum animamque mihi se tollere, quorum neutrum concessit. Haec et iis similia cum saepius in nostram, ut ipse nosti, contumeliam struxerit, non tamen adhuc sufficere credit, quin de die in diem nova et exquisita confusionis genera nobis ingerat, ut in nostris nuntiis noviter argumentum dedit. Nam karta exponere non sufficit, qualiter eosdem nuncios nostros tractaverit, quam indignis modis affecerit, quam crudeliter eos incarceraverit, et carceratos nuditate, frigore, fame et siti ac plagis contriverit, sicque demum martyrum exemplo per medium civitatis circumductos omnibus spectaculum praebere iusserit, ita ut in eundem cum Decio tyranno insanire, et sanctos assare credas et dicas. Unde ne pigeat, karissime, ne pigeat communi nostrum, scilicet meae et coepiscorum tuorum petitioni satisfacere, ut in pontecosten Wormatiam venias, et ibi plura, quorum pauca docet cartula, cum ceteris audias principibus, et quid agendum sit, doceas: rogatus per dilectionem coepiscoporum, monitus per ecclesiae utilitatem, obligatus per vitae nostrae et regni totius honorem.

XI. Rechtfertigungsschreiben Gregors VII. an die Deutschen, 1076 (April oder Mai).

[Greg. VII. epistolae collectae Nr. 14; Jaffé II, 535 ff.*)]

Gregorius episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis ducibus comitibus caeterisque fidelibus, in regno Teutonicorum christianam fidem defendentibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Audivimus, quosdam inter vos de excommunicatione, quam in regem fecimus, dubitare ac quaerere: utrum iuste excommunicatus sit et si nostra sententia ex auctoritate legalis censurae ea, qua debuit, deliberatione progressa sit. Quapropter, qualiter ad

*) Der Brief findet sich in Gregors Register nicht, ist aber überliefert bei Paul v. Bernried, beim Annalista Saxo, bei Bruno u. Hugo v. Flavigny.

excommunicandum illum adducti simus, prout verius potuimus teste conscientia nostra, oculis et intellectibus omnium patefacere curavimus; non tam ut singulas causas, quae heu nimium notae sunt, quasi nostro[a] clamore proiciamus in publicum, quam ut eorum opinionibus satisfaciamus, qui putant, nos spiritalem gladium temere et magis motu animi nostri quam divino metu et iustitiae zelo arripuisse.

Cum adhuc in diaconatus officio positi essemus, perlata ad nos de regis actionibus sinistra et multum inhonesta fama, propter imperialem dignitatem et reverentiam patris ac matris eius nec non propter spem ac desiderium correctionis suae saepe eum per litteras et nuncios admonuimus: ut a pravitate sua desisteret et, memor clarissimi generis ac dignitatis suae, vitam suam moribus, quibus regem et futurum Deo donante deceret imperatorem, institueret.

Postquam autem ad pontificatus apicem licet indigni venimus, cum illius aetas pariter cresceret et iniquitas — intelligentes, Deum omnipotentem tanto districtius de manu nostra animam illius requisiturum, quanto nobis ad increpandum illum prae cunctis libertas data fuisset et auctoritas — multo sollicitius eum modis omnibus arguendo obsecrando increpando ad emendationem vitae suae hortati sumus. Qui cum saepe nobis devotas salutationes et litteras*) mitteret — excusans se cum ex aetate, quod fluxa esset et fragilis, tum quod ab his, in quorum manibus curia erat, multoties male sibi suasum atque consultum sit — monita nostra de die in diem se promptissime suscepturum, verbis quidem promisit, caeterum re et exaggeratione culparum penitus conculcavit.

Inter haec quosdam familiares suos, quorum consiliis et machinationibus episcopatus et multa monasteria, inductis per pretium lupis pro pastoribus, simoniaca haeresi foedaverat, ad poenitentiam vocavimus: quatenus et bona ecclesiarum, quae per interventum tam scelerati commercii sacrilega manu susceperant, venerabilibus locis, ad quae pertinerent, dum adhuc locus esset emendandi, redderent, et ipsi de perpetrata iniquitate per lamenta poenitudinis Deo satisfacerent. Quos dum ad haec exequenda datas inducias spernere et in consueta nequitia pertinaciter stare cognovimus, sicut dignum erat, sacrilegos et ministros ac membra

a) Paul v. Bernried, novo.

*) Das Schreiben ist erhalten Greg. VII. Reg. I, Nr. 29 a (Jaffé II, 46 f.). Dasselbe wurde wahrscheinlich 15. oder 18. Aug. 1073 abgesandt und gelangte zw. 24. und 27. Sept. 1073 an Gregor nach Kapua. Jaffé identifiziert es irrtümlich mit dem zweiten, weiter unten erwähnten Schreiben Heinrichs IV., das nicht erhalten ist.

diaboli a communione et corpore totius ecclesiae separavimus, et regem, ut eos a domu sua, a consiliis et omni communione sua sicut excommunicatos expelleret, admonuimus.

Interim vero, aggravescente contra regem Saxonum causa, cum vires et praesidia regni ex maxima parte a se deficere velle conspiceret, iterum nobis direxit epistolam supplicem et omni humilitate plenam. In qua, omnipotenti Deo ac beato Petro ac nobis valde se culpabilem reddens, preces etiam obtulit, ut, quod ex sua culpa in ecclesiasticis causis contra canonicam iustitiam[a] et decreta sanctorum patrum deliquisset, nostra apostolica providentia et auctoritate corrigere studeremus; atque in eo suam nobis per omnia obedientiam consensum et fidele promisit adiutorium. Hoc idem etiam postea — a confratribus et legatis nostris Humberto Praenestino episcopo et Geraldo Ostiensi episcopo, quos ad illum misimus, ad poenitentiam susceptus — in illorum manus per sacratas stolas, quas in collo tenebant, repromittendo confirmavit.

Deinde post aliquod tempus commisso cum Saxonibus proelio, rex pro victoria, quam adeptus est, tales Deo grates et victimas obtulit: ut vota, quae de emendatione sua fecerat, continuo frangeret, et nihil eorum, quae promiserat, attendens, excommunicatos in suam familiaritatem et communionem reciperet, et ecclesias in eam quam consueverat confusionem traheret.

Qua de re gravi dolore perculsi, quamquam post contempta coelestis regis beneficia pene omnis spes correctionis eius nobis ablata sit, adhuc tamen animum eius temptandum fore decrevimus, magis cupientes, eum apostolicam mansuetudinem audire, quam experiri severitatem. Itaque misimus ei epistolas commonitorias*): ut meminerit, quid et cui promiserit; ne credat, se posse fallere Deum, cuius quanto prolixior est patientia, tanto severior est, cum iudicare coeperit, ira; ne inhonoret Deum honorantem se, nec potentiam suam ad Dei contemptum et apostolicam temptet extendere contumeliam; sciens, quoniam superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Praeterea misimus ad eum tres religiosos veros, suos utique fideles, per quos eum secreto monuimus: ut poenitentiam ageret de sceleribus suis — quae quidem horrenda dictu sunt, pluribus autem nota et in multis partibus divulgata, propter quae eum non excommunicari solum usque ad condignam satisfactionem, sed ab omni honore regni absque spe recuperationis debere destitui, divinarum et humanarum legum testatur et iubet auctoritas —; postremo, nisi excommunicatos a sua participatione divideret, nos nihil aliud de eo iudicare aut

---

a) Pertz emendiert institutionem.

*) S. Nr. VII.

decernere posse, nisi ut, separatus ab ecelesia, in excommunicatorum consortio foret, cum quibus ipse potius quam cum Christo habere partem delegit; sane, si nostra monita suscipere et vitam suam corrigere vellet, Deum testem invocavimus — et invocamus — quantum nos de eius salute et honore gauderemus, et quanta caritate eum in gremium sanctae ecclesiae amplecteremur, utpote eum, qui, princeps populi constitutus et amplissimi regni gubernacula tenens, catholicae pacis et iustitiae defensor esse deberet.

Verum quanti ipse aut scripta aut per legatos missa nostra verba fecerit, eius facta declarant. Qui, indigne ferens, se a quoquam reprehendi aut corripi, non solum a perpetratis ad emendationem revocari non potuit, sed, ampliori conscientiae suae furore arreptus, non prius cessavit, donec episcopos, pene omnes in Italia, in Teutonicis vero partibus quotquot potuit, circa fidem Christi naufragare fecit, dum eos debitam beato Petro et apostolicae sedi obedientiam et honorem, a domino nostro Jesu Christo concessum, abnegare subegit.[a)]

Cum igitur iniquitatem eius ad summum prodiisse vidimus, pro his causis — videlicet primum, quod ab eorum communione, qui pro sacrilegio et reatu simoniacae haeresis excommunicati sunt, se abstinere noluit; deinde quod pro criminosis actibus vitae suae poenitentiam non dico suscipere sed nec promittere voluit, mentita ea poenitentia[b)], quam in manus legatorum nostrorum promiserat; nec non quod corpus Christi id est unitatem sanctae ecclesiae scindere non expavit — pro his, inquam, culpis synodali iudicio eum excommunicavimus; ut, quem mites non potuimus, vel severi ad viam salutis Deo adiuvante revocare valeamus, aut, si quod absit ne districtionis quidem censuram pertimuerit, nostra saltem anima negligentiae aut timoris discrimini non succumbat.

Si quis igitur hanc sententiam iniuste vel irrationabiliter prolatam esse putaverit, si talis est, ut sacris regulis intelligentiae sensum praebere velit, nobiscum inde agat et — non quid nos, sed quid divina auctoritas doceat, quid decernat, quid consona vox sanctorum patrum iudicet, patienter audiens — acquiescat. Nos tamen non aestimamus, quemquam fidelium qui ecclesiastica statuta noverit hoc errore teneri, ut non hoc, etsi publice affirmare non audeat, vel in corde suo recte factum esse perhibeat. Quamquam, etsi nos, quod Deus avertat, non satis gravi de causa aut minus ordinate eum huiusmodi vinculo ligaverimus, sicut sancti patres asserunt, non idcirco spernenda esset sententia, sed absolutio cum omni humilitate quaerenda.

---

a dum ... subegit lässt Hugo v. Flavigny weg. b) Annalista Saxo und Bruno haben fide.

Vos autem, dilectissimi, qui iustitiam Dei non pro regia indignatione nec pro aliquo periculo deserere voluistis, fatuitatem eorum, qui de execratione et mendacio annuntiabuntur in consummatione, parvi pendentes, viriliter state et confortamini in Domino; scientes, quod illius partem defenditis, qui insuperabilis rex et magnificus triumphator iudicaturus est vivos et mortuos, reddens unicuique secundum opus suum. De cuius multimoda retributione et vos certi esse poteritis, si usque in finem fideles et inconcussi in eius veritate perstiteritis. Propter quod et nos incessanter pro vobis rogamus Deum, ut det vobis virtutem corroborari per Spiritum sanctum in nomine eius; et convertat cor regis ad poenitentiam, ut et ipse aliquando cognoscat, nos et vos multo verius amare eum, quam qui nunc suis iniquitatibus obsequuntur et favent. Quodsi Deo inspirante voluerit resipiscere, quidquid contra nos moliatur, semper tamen nos ad recipiendum eum in sanctam communionem, prout vestra caritas nobis consuluerit, paratos inveniet.*)

XII. Conventus Oppenheimensis: a) Promissio regis de obedientia papae praestanda, b) Edictum de cassata in Gregorium VII. sententia. Okt. 1076.

(Cod. Udalrici Nr. 145 u. 155; Mon. Germ. legg. II, 49.)

Promissio Heinrici regis, quam fecit Hildebrando papae, qui et Gregorius.

Consilio fidelium nostrorum ammonitus, sedi apostolicae et tibi Gregorio papae debitam in omnibus servare obedientiam promitto, et quaecunque eiusdem sedis vel tui honoris imminutio per nos orta videtur, devota satisfactione emendare curabo. Quia vero graviora quaedam de nobis iactantur, [quae in eandem sedem et tuam reverentiam statuerim][a], ea congruo tempore vel innocentiae suffragio, vel opitulante Deo, expurgabo vel tum demum pro his competentem poenitentiam libenter amplectar.

*) Ich werde demnächst in einer eigenen Abhandlung auf dieses Schreiben zu sprechen kommen, namentlich auf die im Absatz 5 (inter haec etc.) erwähnte Exkommunikation der Räte, die man mit Annahme einer chronologischen Verwirrung auf die Massregelung der Räthe im Jahre 1075 beziehen zu müssen glaubte. Ich finde nämlich in jener nur den Abschluss des von Alexander II. 1073 eingeleiteten Verfahrens. Wie im Jahre 1075, wurde auch 1073 anfangs nur der Ausschluss aus der Kirchengemeinschaft, die Exkommunikation aber erst nach Ablauf der den Räten gestellten Frist verhängt.

[Condecet autem et sanctitatem tuam, ea quae de te vulgata scandalum ecclesiae pariunt, non dissimulare, sed remoto a publica conscientia et hoc scrupulo, universalem tam ecclesiae quam regni tranquillitatem per tuam sapientiam stabiliri.][a]

Edictum generale:

H. Dei gratia rex, archiepiscopis, episcopis, marchionibus, comitibus, et cuiuscunque dignitatis ordini, bonae suae voluntatis gloriosam dignationem. Quia mansuetudini nostrae contra sedem apostolicam eiusque venerandum praesulem domnum Gregorium papam ab aliquibus subreptum esse fidelium nostrorum suggestione recognovimus, placuit nobis priorem sententiam salubri consilio mutare, et more antecessorum progenitorumque nostrorum eidem sacrosanctae sedi et qui ei praeesse dinoscitur, domno Gregorio papae, per omnia debitam servare obedientiam, et si quid in eum gravius praesumptum est, conpetenti satisfactione conponere. Volumus autem, ut et vos serenitatis nostrae exemplo ammoniti, solennem beato Petro eiusque vicario satisfactionem exhibere non dubitetis, et quicunque eius banno se adstrictos intelligunt, ab ipso videlicet domno papa Gregorio solenniter absolvi elaborent.

XIII. Gregors VII. Brief an die deutschen Fürsten über die Busse Heinrichs IV. zu Kanossa c. 28. Jan. 1077.

(Greg. VII. Reg. IV, Nr. 12 u. 12a; Jaffé II, 256ff.)

Gregorius episcopus servus servorum Dei omnibus archiepiscopis episcopis ducibus comitibus caeterisque principibus regni Teutonicorum christianam fidem defendentibus salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam pro amore iustitiae communem nobiscum in agone christianae militiae causam et periculum suscepistis; qualiter rex, humiliatus ad poenitentiam, absolutionis veniam impetraverit, et quomodo tota causa post introitum eius in Italiam huc usque deducta sit, vestrae dilectioni sincera caritate indicare curavimus.

Sicut constitutum fuit cum legatis, qui ad nos de vestris partibus missi sunt, in Longobardiam venimus circiter viginti dies ante terminum, in quo aliquis ducum ad clusas nobis occurrere debuit; expectantes adventum illorum, quatenus ad partes illas transire possemus. Verum cum, iam decurso termino, hoc nobis

a) Das Eingeklammerte ist nach Giesebrecht, Kaiserzeit III, 389 Anm. als untergeschoben zu betrachten, während nach Martens, Heinrich IV. und Gregor VII. nach der Schilderung v. Rankes Weltgeschichte S. 44 f. gerade diese Stellen bereits dem Lambert als Vorlagen gedient haben.

nunciaretur: his temporibus prae multis — quod et nos quidem credimus — difficultatibus ducatum nobis obviam mitti non posse; nec aliunde copiam ad vos transeundi haberemus; non parva sollicitudine, quid potissimum nobis agendum foret, circumventi sumus.

Interim vero, regem adventare, certe cognovimus. Qui etiam, priusquam intrasset Italiam, supplices ad nos legatos praemittens, per omnia se satisfacturum Deo et sancto Petro ac nobis, obtulit: et, ad emendationem vitae suae, omnem se servaturum oboedientiam, repromisit; dummodo apud nos absolutionis et apostolicae benedictionis gratiam impetrare mereretur. Quod cum diu multis consultationibus differentes, acriter eum de suis excessibus per omnes qui intercurrebant nuncios redargueremus; tandem per semet ipsum, nichil hostile aut temerarium ostentans, ad oppidum Canusii, in quo morati sumus, cum paucis advenit. Ibique per triduum ante portam castri, deposito omne regio cultu, miserabiliter, utpote discalciatus et laneis indutus, persistens, non prius cum multo fletu apostolicae miserationis auxilium et consolationem implorare destitit, quam omnes, qui ibi aderant et ad quos rumor ille pervenit, ad tantam pietatem et compassionis misericordiam movit: ut, pro eo multis precibus et lacrimis intercedentes, omnes quidem insolitam nostrae mentis duritiam mirarentur, nonnulli vero, in nobis non apostolicae severitatis gravitatem sed quasi tyrannicae feritatis crudelitatem esse, clamarent.

Denique instantia compunctionis eius et tanta omnium qui ibi aderant supplicatione devicti, tandem eum, relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam et sinum sanctae matris ecclesiae[a] recepimus; acceptis ab eo securitatibus, quae inferius scriptae sunt. Quarum etiam confirmationem per manus abbatis Cluniacensis*) et filiarum nostrarum Mathildis et comitissae Adelaiae**) et aliorum principum, episcoporum et laicorum, qui nobis ad hoc utiles visi sunt, recepimus.

His itaque sic peractis, ut ad pacem ecclesiae et concordiam regni, sicut diu desideravimus, omnia plenius Deo adiuvante coaptare possimus, ad partes vestras data primum oportunitate transire cupimus. Hoc enim dilectionem vestram indubitanter scire volumus, quoniam, sicut in descriptis securitatibus cognoscere potestis, ita adhuc totius negocii causa suspensa est, ut et adventus noster et consiliorum vestrorum unanimitas permaxime necessaria esse videantur. Quapropter in ea fide quam coepistis et amore iustitiae omnes permanere studete; scientes: nos non aliter regi obligatos esse, nisi quod puro sermone —

a) Hugo hat statt in . . . ecclesiae, in gratiam communionemque.
*) Hugo. **) Markgräfin von Turin.

sicut michi mos est — in his eum de nobis sperare dixerimus, in quibus eum ad salutem et honorem suum, aut cum iustitia aut cum misericordia, sine nostrae et illius animae periculo adiuvare possimus.

Iusiurandum Henrici regis Teutonicorum.*)

Ego Henricus rex de murmuratione et dissensione, quam nunc habent contra me archiepiscopi et episcopi, duces comites ceterique principes regni Teutonicorum et alii, qui eos in eadem dissensionis causa sequuntur, infra terminum, quem domnus papa Gregorius constituerit, aut iustitiam secundum iudicium eius aut concordiam secundum consilium eius faciam; nisi certum impedimentum mihi vel sibi obstiterit; quo transacto, ad peragendum idem paratus ero. Item, si idem domnus papa Gregorius ultra montes seu ad alias partes terrarum ire voluerit, securus erit ex mei parte et eorum, quos constringere potero, ab omni laesione vitae et membrorum eius seu captione — tam ipse quam qui in eius conductu et comitatu fuerint seu[a] qui ab illo mittuntur vel ad eum de quibuscumque terrarum partibus venerint — in eundo et ibi morando seu inde redeundo. Neque aliud aliquod impedimentum habebit ex meo consensu, quod contra honorem suum sit; et si quis ei fecerit, cum bona fide secundum posse meum illum adiuvabo. [Ita me Deus adiuvet et haec sancta euangelia.][b]

Actum Canusiae 5 Kalendas Fabruarii, indictione 15, [anno domini nostri Iesu Christi 1077, praesentibus episcopis: Umberto Praenestino, Giraldo Ostiensi; cardinalibus Romanis: Petro tituli S. Chrisogoni et Conone tituli S. Anastasie; Romanis diaconibus Gregorio et Bernardo; et subdiacone Umberto. Item ex parte regis interfuerunt: Bremensis archiepiscopus**), et episcopi Vercellensis***) et Osnabrugensis†), et abbas Cluniacensis et multi nobiles viri].[b]

XIV. Zweite Bannung und Absetzung Heinrichs IV. durch Gregor VII., 7. März 1080.

(Greg. VII. Reg. VII, Nr. 14a; Jaffé II, 401.)

Beate Petre princeps apostolorum et tu beate Paule doctor gentium, dignamini queso aures vestras ad me inclinare meque clementer exaudire. Quia veritatis estis discipuli et amatores, adiuvate, ut veritatem vobis dicam, omni remota falsitate quam

a) qui ... seu fehlt bei Hugo. b) das Eingeklammerte hat Petrus Pisanus, Pont. Rom. Vit. ed. Watterich I, 297.

*) Vgl. Nr. XIV. **) Liemar. ***) Gregor. †) Benno II.

omnino detestamini; ut fratres mei melius michi adquiescant, et sciant et intelligant: quia ex vestra fiducia post Deum et matrem eius semper virginem Mariam pravis et iniquis resisto, vestris autem fidelibus auxilium praesto. Vos enim scitis: quia non libenter ad sacrum ordinem accessi; et invitus ultra montes cum domino papa Gregorio abii, sed magis invitus cum domino meo papa Leone ad vestram specialem ecclesiam redii, in qua utcunque vobis deservivi; deinde valde invitus cum multo dolore et gemitu ac planctu in throno vestro valde indignus sum collocatus. Hec ideo dico, quia non ego vos, sed vos elegistis me et gravissimum pondus vestrae ecclesiae supra me posuistis. Et quia super montem excelsum me iussistis ascendere et clamare atque annunciare populo Dei scelera eorum et filiis ecclesiae peccata eorum, membra diaboli contra me coeperunt insurgere et usque ad sanguinem praesumpserunt in me manus suas inicere. Astiterunt enim reges terrae et principes saeculares et ecclesiastici, aulici etiam et vulgares convenerunt in unum adversus Dominum et adversus vos christos eius, dicentes: „Dirumpamus vincula eorum et proiciamus a nobis iugum ipsorum"; et ut me omnino morte[a] vel exilio confunderent, multis modis conati sunt in me insurgere.

Inter quos specialiter Heinricus, quem dicunt regem, Heinrici imperatoris filius, contra vestram calcaneum erexit ecclesiam, facta cum multis episcopis ultramontanis et Italicis conspiratione, annitens, me deiciendo eam sibi subiugare. Cuius superbiae vestra resistit[b] auctoritas, eamque vestra[c] destruxit potestas. Qui, confusus et humiliatus ad me in Longobardiam veniens, absolutionem ab excommunicatione quaesivit. Quem ego videns humiliatum, multis ab eo promissionibus acceptis de suae vitae emendatione, solam ei communionem reddidi; non tamen in regno, a quo eum in Romana synodo deposueram, instauravi; nec fidelitatem omnium, qui sibi iuraverant vel erant iuraturi, a qua omnes absolvi in eadem synodo, ut sibi servaretur, praecepi. Et haec ideo detinui, ut inter eum et episcopos vel principes ultramontanos, qui ei causa iussionis vestrae ecclesiae restiterant, iustitiam facerem vel pacem componerem; sicut ipse Heinricus iuramento per duos episcopos*) michi promisit. Praedicti autem episcopi et principes ultramontani, audientes, illum non servare mihi[d] quod promiserat, quasi desperati de eo, sine meo consilio[e] vobis testibus, elegerunt sibi Rodulfum ducem in regem. Qui rex Rodulfus festinanter ad me misso nuncio**) indicavit: se

---

a) Ud., morti traderent. b) Ud., restitit. c) Cod. Vat., nostra. d) fehlt bei Hugo v. F. e) s. m. consilio fehlt ebenda.

*) Eberh. v. Naumburg u. Greg. v. Vercelli. **) Vergl. Berthold ad a. 1077.

coactum regni gubernacula suscepisse tamen; sese paratum michi omnibus modis oboedire. Et ut hoc verius credatur, semper ex eo tempore eundem mihi misit sermonem, adiciens etiam filio suo[a] obside et fidelis sui ducis Bertaldi filio, quod promittebat[b], firmare. Interea Heinricus cepit me precari, ut illum contra predictum Rodulfum adiuvarem. Cui respondi: me libenter facere, audita utriusque partis ratione, ut scirem, cui iustitia magis faveret. Ille vero putans, suis viribus eum posse devincere, meam contempsit responsionem. Postquam autem persensit, se non posse sicut speravit agere, duo episcopi, Verdunensis*) videlicet et Osenburgensis**), de consentaneis suis, Romam venerunt et in synodo***) ex parte Henrici me, ut ei iustitiam facerem, rogaverunt. Quod et nuncii Rodulfi fieri laudaverunt. Tandem, aspirante Deo sicut credo, statui in eadem synodo: in partibus ultramontanis fieri colloquium, ut illic aut pax statueretur aut, cui amplius iustitia faveret, cognosceretur. Ego enim, sicut vos mihi testes estis patres et domini, usque hodie nullam partem disposui adiuvare nisi eam, cui plus iustitia faveret.[c] Et quia putabam, quod iniustior pars colloquium nollet fieri, ubi iustitia suum locum servaret, excommunicavi et anathemate alligavi omnes personas sive regis sive ducis aut episcopi seu alicuius hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret, ut non fieret. Predictus autem Heinricus cum suis fautoribus, non timens periculum inoboedientiae quod est scelus idolatriae, colloquium impediendo excommunicationem incurrit, et se ipsum anathematis vinculo alligavit, magnamque multitudinem christianorum morti tradi et ecclesias fecit dissipari, et totum paene Teutonicorum regnum desolationi dedit Quapropter,†) confidens de iudicio et misericordia Dei eiusque piissime matris semper virginis Mariae, fultus vestra auctoritate, saepe nominatum Heinricum, quem regem dicunt, omnesque fautores eius excommunicationi subicio et anathematis vinculis alligo. Et iterum regnum Teutonicorum et Italiae ex parte omnipotentis Dei et vestra interdicens ei, omnem potestatem et dignitatem illi regiam tollo; et, ut nullus christianorum ei sicut regi oboediat, interdico; omnesque, qui ei iuraverunt vel iurabunt de regni dominatione, a iuramenti promissione absolvo[d]. Ipse autem Heinricus cum suis fautoribus in omni congressione belli nullas vires nullamque in vita sua victoriam optineat. Ut autem Rodulfus regnum Teutonicorum regat et defendat, quem Teutonici elegerunt sibi in regem, ad vestram[e]

---

a) Hugo und Ud. schieben dato ein. b) Hugo schiebt sacramento ein. c) Ego ... faveret fehlt bei Hugo und Ud. d) omnesque ... absolvo fehlt bei Hugo. e) Ud., nostram.

*) Theodorich. **) Benno II. ***) Fastensynode 1078. †) Das eig. Motiv nicht erwähnt.

fidelitatem ex parte vestra dono largior et concedo; omnibus sibi fideliter adhaerentibus absolutionem omnium peccatorum vestramque benedictionem in hac vita et in futura, vestra fretus fiducia, largior. Sicut enim Heinricus pro sua superbia inoboedientia et falsitate a regni dignitate iuste abicitur, ita Rodulfo pro sua humilitate oboedientia et veritate potestas et dignitas regni conceditur.

Agite nunc queso, patres et principes sanctissimi, ut omnis mundus intelligat et cognoscat, quia, si potestis in coelo ligare et solvere, potestis in terra imperia regna principatus ducatus marchias comitatus et omnium hominum possessiones pro meritis tollere unicuique et concedere. Vos enim patriarchatus primatus archiepiscopatus episcopatus frequenter tulistis pravis et indignis, et religiosis viris dedistis. Si enim spiritualia iudicatis, quid de saecularibus vos posse credendum est![a] Et si angelos, dominantes omnibus superbis principibus, iudicabitis, quid de illorum servis facere potestis! Addiscant nunc reges et omnes saeculi principes, quanti vos estis, quid potestis; et timeant parvi pendere iussionem ecclesiae vestrae. Et in praedicto Heinrico tam cito iudicium vestrum exercete, ut omnes sciant, quia non fortuitu sed vestra potestate cadet. Confundetur; utinam ad penitentiam, ut spiritus sit salvus in die Domini.

Acta Rome Nonis Martii, indictione 3.

XV. Beschluss der Synode zu Brixen, 25. Juni 1080.

(Cod. Udalrici Nr. 161; Mon. Germ. legg. II, 51 f.)

Anno dominicae incarnationis 1080, mediante serenissimo rege Heinrico IV. anno regni eius 26.[b] 7 Kalend. Iulii feria 5. Ind. 3. cum apud Brixinam Noricam 30 episcoporum conventus, nec non et optimatum exercitus, non solum Italiae sed et Germaniae, iussu regio congregaretur, facta est vox una velut ab ore omnium terribiliter conquerentium super truculenta vesania cuiusdam Hildebrandi pseudomonachi, Gregorii papae septimi cognominati, cur tam diu ipsam rex semper invictus saevire pateretur intactam, cum vas electionis Paulus testetur, principem non sine causa ferre gladium, et Petrus apostolorum primus non solum regem praecellere, verum duces ab eo mittendos esse, clamet, ad vindictam videlicet malorum, ad laudem vero bonorum. Ad quorum igitur satisfactionem visum est ipsi gloriosissimo regi principibusque eius iustum, ut iudicium episcoporum divinae animadversionis sententia

a) Vgl. Martens a. a. O. S. 63 ff. b) Cod. Ud. hat XXIII.

gladium materialem in ipsum Hildebrandum praecederet, ut quem praesules ecclesiarum prius a superba praelatione deponerent, eundem postmodum regalis potentia licentius persequendum decerneret. Quis ergo fidelium qui illum novit, damnationis iaculum contra ipsum metueret intorquere, qui ab ineunte aetate mundo se studuit per inanem gloriam nullis suffragantibus meritis supra hominem commendare, et somnia et divinationes proprias et aliorum divinae dispositioni praeponere, habitu monachus videri, et professione non esse, ecclesiasticae disciplinae, nulli subditus magistro, se extorrem iudicare, obscoenis theatralibus ludicris ultra laicos insistere, mensas numulariorum in porticu transeuntium turpis lucri gratia publice observare? His itaque quaestibus pecunia cumulata, abbatiam beati Pauli invasit, supplantato abbate; inde arripiens archidiaconatum, quendam nomine Mancium ut sibi officium venderet, decipiendo seduxit; et, Nicolao papa nolente, tumultu populari stipatus in oeconomum se promoveri coegit. Quatuor namque Romanorum pontificum super improba morte per manus cuiusdam sibi intimi Iohannis scilicet Brachinti, propinato veneno, homicida extitisse convincitur, ut, caeteris tacentibus, ipse minister mortis, urgente mortis articulo, diris clamoribus, licet sero poenituerit, testabatur. Hic denique saepe dictus pestifer ipsa nocte qua funus Alexandri papae in basilica Salvatoris exequiarum officio fovebatur, portas Romanae urbis et pontes, turres, ac triumphales arcus, armatorum cuneis munivit, Lateranense palatium militia comparata hostiliter occupavit, clerum ne auderet contradicere, cum nullus eum vellet eligere, gladiis satellitum evaginatis mortem minando perterruit, et prius, obsessam diu, assiliit cathedram, quam corpus defuncti obtineret tumbam. Dum vero quidam ex ipsis decretum Nicolai papae 125 episcopis[a] sub anathemate promulgatum, eodem Hildebrando laudante ad memoriam sibi vellent reducere, quod si quis sine assensu Romani principis papari praesumeret, non papa, sed apostata ab omnibus haberetur,[b] negavit se regem uspiam scire, et se posse, asseruit, sententiam praedecessorum vacuam iudicare. Quid plura? Non solum quidem Roma, sed ipse Romanus orbis testatur, illum non a Deo fuisse electum, sed a se ipso vi, fraude, pecunia, impudentissime obiectum, cuius fructus patefaciunt radicem, cuius opera manifestant intentionem, qui ecclesiasticum subvertit ordinem, qui christiani imperii perturbavit regimen, qui regi catholico ac pacifico corporis et animae intentat mortem, qui periurum et proditorem defendit regem, qui inter concordes seminavit discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, divortia inter coniuges, et, quicquid

a) fehlt im Cod. Hannoveranus. b) Vgl. S. 24, Z. 10—16 (kais. u. päpstl. Fassung?).

quieti inter pie viventes stare videbatur, concussit. Quapropter, ut praelibatum est, nos auctore Deo congregati in unum, legatis ac litteris freti 19 episcoporum die sancto praeteriti Pentecostes Mogontiae congregatorum contra[a] eundem procacissimum Hildebrandum sacrilegia ac incendia praedicantem, periuria et homicidia defendentem, catholicam atque apostolicam fidem de corpore et sanguine Domini in quaestionem ponentem, haeretici Berengarii antiquum discipulum, divinationum et somniorum cultorem manifestum, nicromanticum, phytonico spiritu laborantem, et id circo a vera fide exorbitantem, iudicamus canonice deponendum, et expellendum, et nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, in perpetuum condemnandum (folgen die Unterschriften der Bischöfe[b] — voran die des Kardinals Hugo Candidus — und des Königs).

XVI. Schreiben Gregors VII. an Bischof Hermann von Metz, 15. März 1081.

(Greg. VII. Reg. VIII, Nr. 21; Jaffé II, 453 ff.)

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo fratri Herimanno Metensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Quod ad perferendos labores ac pericula pro defensione veritatis te paratum intelligimus, divini muneris esse non dubitamus. Cuius haec est ineffabilis gratia et mira clementia, quod nunquam electos suos penitus aberrare permittit, nunquam funditus labefactari aut deici sinit; dum eos, persecutionis tempore quadam utili probatione discussos, etiam post trepidationem aliquam semet ipsis fortiores facit. Quoniam autem — sicut inter ignavos alium, quo turpius alio fugiat, timor exanimat — ita etiam inter strenuos alium, quo fortius alio agat quo ardentius prorumpat, virile pectus inflammat, hoc caritati tuae exhortationis voce curavimus commendare: ut eo magis in acie christianae religionis stare te delectet inter primos, quo eos non dubitas victori Deo proximos atque dignissimos.

Quod autem postulasti, te quasi nostris scriptis iuvari ac praemuniri contra illorum insaniam, qui nefando ore garriunt: auctoritatem sanctae et apostolicae sedis non potuisse regem Henricum, hominem christianae legis contemptorem, ecclesiarum videlicet et imperii destructorem[c] atque hereticorum auctorem et consentaneum, excommunicare, nec quemquam a sacramento fidelitatis eius absolvere, non adeo necessarium nobis videtur;

---

a) nos... contra fehlt im Cod. Ud. b) nach dem Cod. Hannov. c) ecclesiarum... destructorem lässt Hugo v. Flavigny weg.

cum huius rei tam multa ac certissima documenta in sacrarum scripturarum paginis reperiantur. Neque enim credimus, eos, qui ad cumulum suae dampnationis veritati impudenter detrahunt et contradicunt, haec ad suae defensionis audaciam tam ignorantia, quam miserae desperationis vecordia, coaptasse. Nec mirum. Mos est enim reproborum, ob suae nequitiae protectionem niti, consimiles sibi defendere; quia pro nichilo habent, mendatii perditionem incurrere.

Nam, ut de multis pauca dicamus, quis ignorat vocem domini ac salvatoris nostri Iesu Christi dicentis in euangelio: „Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni coelorum; et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis, et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in coelis? Nunquid sunt hic reges excepti? aut non sunt de ovibus, quas filius Dei beato Petro commisit? Quis, rogo, in hac universali concessione ligandi atque solvendi a potestate Petri se exclusum esse existimat, nisi forte infelix ille, qui, iugum Domini portare nolens, diaboli se subicit oneri, et in numero ovium Christi esse recusat? Cui tamen hoc ad miseram libertatem minime proficit, quod potestatem Petri, divinitus sibi concessam, a superba cervice excutit: quoniam, quanto eam quisque per elationem ferre abnegat, tanto durius ad damnationem suam in iudicio portat.

Hanc itaque divinae voluntatis institutionem, hoc firmamentum dispensationis ecclesiae, hoc privilegium, beato Petro apostolorum principi coelesti decreto principaliter traditum atque firmatum, sancti patres cum magna veneratione sucipientes atque servantes, sanctam Romanam aecclesiam tam in generalibus conciliis quam etiam in ceteris scriptis et gestis suis universalem matrem appellaverunt. Et sicut eius documenta in confirmatione fidei et eruditione sacrae religionis, ita etiam iudicia susceperunt; in hoc consentientes et quasi uno spiritu et una voce concordantes: omnes maiores res et praecipua negocia nec non omnium ecclesiarum iudicia ad eam quasi ad matrem et caput debere referri; ab ea nusquam appellari, iudicia eius a nemine retractari aut refelli debere vel posse. Unde beatus Gelasius papa Anastasio imperatori scribens*), divina fultus auctoritate, quid et qualiter de principatu sanctae et apostolicae sedis sentire deberet, hoc modo eum instruxit: „Etsi, inquit, cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium convenit colla submitti, quanto potius sedis illius praesuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et divinitas summa voluit praeminere, et sub-

*) Jaffé, Reg. pont. Rom. Nr. 387, Mansi VIII, 31.

sequens ecclesiae generalis iugiter pietas celebravit? Ubi prudentia tua evidenter advertit, nunquam quolibet penitus humano consilio aequare se quemquam posse illius privilegio vel confessioni, quem Christi vox praetulit universis, quem ecclesia veneranda confessa semper est et habet devota primatem.“ Item Iulius papa, orientalibus episcopis scribens, de potestate eiusdem sanctae et apostolicae sedis ait*): „Decuerat vos, fratres, adversus sanctam Romanam et apostolicam ecclesiam limate et non yronice loqui; quoniam et ipse dominus noster Iesus Christus, eam decenter allocutus, ait: „Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo aecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni coelorum.“ Habet enim potestatem singulari privilegio sibi concessam, aperire et claudere ianuas regni coelestis, quibus voluerit.“ Cui ergo aperiendi claudendique coeli data potestas est, de terra iudicare non licet? Absit. Num retinetis, quod ait beatissimus Paulus apostolus: „Nescitis, quia angelos iudicabimus? quanto magis saecularia?“ Beatus quoque Gregorius papa reges a sua dignitate cadere statuit, qui apostolicae sedis decreta violare praesumpserint, scribens ad quendam Senatorem abbatem his verbis**): „Si quis vero regum sacerdotum iudicum atque saecularium personarum hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens, contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et nisi ea, quae ab illo sunt male ablata, restituerit, vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine domini redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat atque in aeterno examine districtae ultioni subiaceat.“

Quodsi beatus Gregorius, doctor utique mitissimus, reges, qui statuta sua super unum xenodochium violarent, non modo deponi sed etiam excommunicari atque in aeterno examine dampnari decrevit, quis nos H(enricum), non solum apostolicorum iudiciorum contemptorem verum etiam ipsius matris ecclesiae, quantum in ipso est, conculcatorem totiusque regni et ecclesiarum improbissimum praedonem et atrocissimum destructorem, deposuisse et excommunicasse reprehendat, nisi forte similis eius? Sicut beato Petro docente cognovimus in epistola de ordinatione Clementis, in qua sic ait***): „Si quis amicus fuerit iis, quibus ipse“ — de eodem Clemente dicens — „non loquitur, unus est et ipse ex illis, qui exterminare Dei ecclesiam volunt; et cum corpore nobiscum esse videatur, mente et animo contra nos est, et est multo nequior hostis hic, quam illi, qui foris sunt et evidenter

*) Decretales Pseudoisidorianae ed. Hinschius p. 464. **) S. Gregorii Opp. ed. Benedictini II, 1223. ***) Decretales Pseudoisid. ed. Hinschius p. 36.

inimici. Hic enim per amicitiarum speciem, quae inimica sunt, gerit; et ecclesiam dispergit ac vastat." Nota ergo, carissime, si eum, qui amicitia vel colloquio iis, quibus papa pro actibus suis aversus est, sociatur, tam graviter iudicat, quanta illum ipsum, cui pro actibus suis aversus est, animadversione dampnat.

Sed ut ad rem redeamus; itane dignitas, a saecularibus — etiam Deum ignorantibus — inventa, non subicietur ei dignitati, quam omnipotentis Dei providentia ad honorem suum invenit mundoque misericorditer tribuit? cuius filius — sicut deus et homo indubitanter creditur — ita summus sacerdos, caput omnium sacerdotum, ad dexteram Patris sedens et pro nobis semper interpellans, habetur; qui saeculare regnum, unde filii saeculi tument, despexit et ad sacerdotium crucis spontaneus venit. Quis nesciat: reges et duces[a] ab his habuisse principium, qui, Deum ignorantes, superbia rapinis perfidia homicidiis, postremo universis pene sceleribus, mundi principe diabolo videlicet agitante, super pares, scilicet homines, dominari caeca cupidine et intolerabili praesumptione affectaverunt? Qui videlicet, dum sacerdotes Domini ad vestigia sua inclinare contendunt, cui rectius comparentur quam ei, qui est caput super omnes filios superbiae? qui ipsum summum pontificem, sacerdotum caput, Altissimi filium, temptans et omnia illi mundi regna promittens, ait: „Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me?" Quis dubitet: sacerdotes Christi regum et principum omniumque fidelium patres et magistros censeri? Nonne miserabilis insaniae esse cognoscitur: si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, et iniquis obligationibus illum suae potestate subicere, a quo credit non solum in terra sed etiam in coelis se ligari posse et solvi*)? Haec, sicut beatus Gregorius in epistola ad Mauritium imperatorem directa commemorat**), Constantinus Magnus imperator, omnium regum et principum fere totius orbis dominus, evidenter intelligens, in sancta Nicena synodo post omnes episcopos ultimus residens, nullam iudicii sententiam super eos dare praesumpsit; sed illos etiam deos vocans, non suo debere subesse iudicio, verum se ad illorum pendere arbitrium iudicavit. Supra dicto quoque Anastasio imperatori praelibatus papa Gelasius persuadens, ne ille intimatam suis sensibus veritatem arbitraretur iniuriam, subintulit dicens***): „Duo sunt quippe, imperator auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas; in quibus tanto gravius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum

---

a) et duces fehlt bei Hugo.

*) Quis dubitet ... posse et solvi findet sich Gratiani decr. P. I, Dist. 96, can. 9. **) Benedict. II, 767. ***) Mansi VIII, 31 (hier steht statt hominum, Domino).

in divino reddituri sunt examine rationem." Et paucis interpositis, inquit: „Nosti itaque inter hec, ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem."

Talibus ergo institutis talibusque fulti auctoritatibus, plerique pontificum, alii reges, alii imperatores excommunicaverunt. Nam, si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum, beatus Innocentius papa Archadium imperatorem, quia consensit, ut sanctus Iohannes Chrisostomus a sede sua pelleretur, excommunicavit.*) Alius item Romanus pontifex, Zacharias videlicet, regem Francorum, non tam pro suis iniquitatibus quam pro eo, quod tantae potestati non erat utilis, a regno deposuit; et Pipinum Caroli Magni imperatoris patrem in eius loco substituit; omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis, quod illi fecerant, absolvit. Quod etiam ex frequenti auctoritate saepe agit sancta ecclesia, cum milites absolvit a vinculo iuramenti, quod factum est his episcopis, qui apostolica auctoritate a pontificali gradu deponuntur.**) Et beatus Ambrosius, licet sanctus non tamen universalis ecclesiae episcopus, pro culpa, quae ab aliis sacerdotibus non adeo gravis videbatur, Theodosium Magnum imperatorem excommunicans ab aecclesia exclusit. Qui etiam in suis scriptis ostendit, quod aurum non tam pretiosius sit plumbo, quam regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principium sui pastoralis scribens***): „Honor, fratres, et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adaequari. Si regum fulgori compares et principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares; quippe cum videas regum colla et principum submitti genibus sacerdotum et, exosculata eorum dextera, orationibus eorum credant se communiri." Et post pauca: „Haec cuncta, fratres, ideo nos praemisisse debetis cognoscere, ut ostenderemus: nichil esse in hoc saeculo excellentius sacerdotibus, nichil sublimius episcopis reperiri."

Meminisse etiam debet fraternitas tua: quia maior potestas exorcistae conceditur, cum spiritualis imperator ad abiciendos demones constituitur, quam alicui laicorum causa saecularis dominationis tribui possit. Omnibus nempe regibus et principibus terrae, qui religiose non vivunt et in actibus suis Deum ut oportet non metuunt, demones heu proh dolor dominantur et misera eos servitute confundunt. Tales enim, non divino ducti amore sicut religiosi sacerdotes ad honorem Dei et utilitatem animarum, praeesse cupiunt; sed ut intolerabilem superbiam ostentent animique libidinem expleant, ceteris dominari affectant. De quibus beatus

*) s. den unechten Brief bei Coustant Epist. pont. Rom. appendix p. 905. **) alius item ... deponuntur findet sich Gratiani decret. II C, 15, qu. 6, can. 3. ***) Ambrosii Opp. ed. Benedictini II, app. p. 359.

Augustinus in libro primo de doctrina christiana dicit*): „Cum vero etiam eis, qui sibi naturaliter pares sunt, hoc est hominibus, quilibet dominari affectat, intolerabilis omnino superbia est.“ Porro exorcistae, ut diximus, supra demones a Deo imperium**) habent; quanto igitur magis super eos, qui demonibus subiecti et membra sunt demonum? Si ergo his tantum praeminent exorcistae, quanto[a] amplius sacerdotes?

Praeterea omnis rex christianus ad exitum veniens, ut inferni carcerem evadat, ut de tenebris in lucem tendat, ut de peccatorum vinculis in Dei iudicio absolutus appareat, sacerdotis opem supplex ac miserandus requirit. Quis autem non modo sacerdotum verum etiam laicorum, in extremis positus, pro suae animae salute terreni regis imploravit auxilium? Quis vero regum vel imperatorum aliquem christianum ex imposito sibi officio valet sacro babtismate ex diaboli potestate eripere et inter filios Dei connumerare sanctoque chrismate praemunire? Et quod maximum est in christiana religione, quis eorum valet proprio ore corpus et sanguinem Domini conficere? vel cui eorum data est potestas ligandi solvendique in coelo et in terra? Ex quibus aperte colligitur, quanta potestate praecellat dignitas sacerdotum. Aut quis eorum potest aliquem clericum in sancta aecclesia ordinare? quanto minus pro aliqua culpa eum deponere? Namque in aecclesiasticis ordinibus maioris est potestatis, deponere quam ordinare. Episcopi enim possunt alios episcopos ordinare, sed nullo modo sine auctoritate apostolicae sedis deponere. Quis igitur, vel tenuiter sciolus, sacerdotes dubitet regibus anteferri? Quodsi reges pro peccatis suis a sacerdotibus sunt iudicandi, a quo rectius quam a Romano pontifice iudicari debent?

Ad summam, quoslibet bonos christianos multo convenientius, quam malos principes, reges intelligi decet. Isti enim, gloriam Dei querendo, se ipsos strenue regunt; at illi, non quae Dei sunt sed sua quaerentes, sibimet hostes, alios tyrannice opprimunt. Hi veri regis Christi, illi vero diaboli corpus sunt. Isti ad hoc sibi imperant, ut cum summo imperatore aeternaliter regnent; illorum vero id potestas agit, ut cum tenebrarum principe, qui rex est super omnes filios superbiae, aeterna dampnatione dispereant.

Nec valde sane mirandum est, quod mali pontifices iniquo regi — quem, adeptis male per eum honoribus, diligunt metu-

a) magis ... quanto fehlt bei Hugo.

*) Opp. S. Augustini ed. Caillau IV, 435. **) Über diesen und den obigen Ausdruck: spiritualis imperator s. das Pontificale Romanum, de ordinatione exorcistarum. Sie werden gebraucht bei der Weihe zum Exorcisten, der dritten der vier niederen Weihen.

untque — consentiunt; qui, symoniace quoslibet ordinando, Deum pro vili etiam pretio vendunt. Nam, sicut electi insolubiliter suo capiti uniuntur, ita et reprobi, maxime contra bonos, ei, qui malitiae caput est, pertinaciter foederantur. Contra quos profecto non tam disserendum quam pro eis est lacrimosis planctibus ingemendum: ut omnipotens Deus illos a laqueis sathanae, quibus captivi tenentur, eripiat et, vel post pericula, ad agnitionem veritatis tandem aliquando perducat.

Haec de regibus et imperatoribus, qui, saeculari gloria nimium tumidi, non Deo sed sibi regnant. Sed quia nostri est officii, unicuique secundum ordinem vel dignitatem, qua videtur vigere, exortationem distribuere, imperatoribus et regibus ceterisque principibus, ut elationes maris et superbiae fluctus comprimere valeant, arma humilitatis Deo auctore providere curamus. Scimus enim: quia mundana gloria et saecularis cura eos permaxime, qui praesunt, ad elationem trahere solet; qua semper, neglecta humilitate, propriam querendo gloriam, fratribus cupiant praeminere. Proinde videtur utile maxime imperatoribus et regibus: ut, cum mens illorum se ad alta erigere et pro singulari vult gloria oblectare, inveniat, quibus se modis humiliet, atque unde gaudebat, sentiat plus timendum. Perspiciat ergo diligenter: quam periculosa quamve timenda[a] sit imperatoria vel regia dignitas; in qua paucissimi salvantur, et illi, qui Deo miserante ad salutem veniunt, non aeque ut multi pauperum iudicio sancti Spiritus in sancta ecclesia clarificantur. A mundi enim principio usque ad haec nostra tempora in tota autentica scriptura non invenimus septem[b] imperatores vel reges[c], quorum vita adeo fuerit religione praecipua et virtute signorum decorata, sicut innumerabilis multitudinis saeculi contemptorum; licet plures eorum credamus apud omnipotentem Deum misericordiae salutem invenisse. Namque, ut de apostolis et martyribus taceamus, quis imperatorum vel regum aeque ut beatus Martinus, Antonius et Benedictus miraculis claruit? Quis enim imperator aut rex mortuos suscitavit, leprosos mundavit, cecos illuminavit?[d] Ecce Constantinum piae memoriae imperatorem, Theodosium et Honorium, Carolum et Lodoicum, iustitiae amatores, christianae religionis propagatores[e], ecclesiarum defensores, sancta quidem ecclesia laudat et veneratur; non tamen eos fulsisse tanta miraculorum gloria indicat. Praeterea ad quot nomina regum vel imperatorum basilicas seu altaria dedicari, vel ad eorum honorem

---

a) Hugo, tumida. b) fehlt im Cod. Vat., steht aber im Cod. Udalr., sowie bei Hugo und Bruno. (Vgl. das folgende paucissimi reges.) c) vel reges fehlt bei Hugo. d) Quis . . . illuminavit fehlt bei Hugo. e) Ud., cultores.

sancta ecclesia missas statuit celebrari? Timeant reges aliique principes: ne, quanto se ceteris hominibus in hac vita praeferri gaudent, tanto amplius aeternis incendiis subiciantur. Unde scriptum est: „Potentes potenter tormenta patientur." De tot enim hominibus Deo reddituri sunt rationem, quot suae dominationi subditos habuerunt. Quodsi alicui religioso privato non parvus labor est, unam suam animam custodire, quantus labor imminet principibus super multis milibus animarum? Praeterea, si iudicium sanctae ecclesiae valde constringit peccatorem pro unius hominis interfectione, quod erit de iis, qui multa milia morti tradunt pro huis mundi honore? Qui, licet ore aliquando dicant: „Mea culpa!" pro multorum occisione, tamen corde gaudent in sui quasi honoris extensione; noluntque non fecisse, quod egerunt; neque dolent, quod fratres suos in Tartarum compulerunt. Cumque ex toto corde eos non penitet neque volunt humano sanguine adquisita vel detenta omittere, illorum penitentia apud Deum sine digno penitentiae fructu manet. Unde profecto valde est timendum; atque ad memoriam eorum crebro revocandum: quod, sicut praefati sumus, a mundi principio paucissimi per diversa terrarum regna reges sancti ex innumerabili eorum multitudine reperiuntur; cum in una tantum pontificum seriatim succedentium sede, videlicet Romana, a tempore beati Petri apostoli ferme centum inter sanctissimos computentur. Cur autem hoc, nisi quia reges terrae et principes, vana gloria illecti, sicut praelibatum est, quae sua sunt spiritualibus rebus praeferunt; religiosi autem pontifices, vanam gloriam despicientes, quae Dei sunt carnalibus rebus praeponunt. Illi in se delinquentes facile puniunt, in Deum peccantes aequo animo ferunt; isti in se peccantibus cito ignoscunt, Deum offendentibus non leviter parcunt. Illi, terrenis actibus nimium dediti, spiritualia parvi pendunt; isti, coelestia sedulo meditantes, quae sunt terrena, contemnunt.

Admonendi ergo sunt omnes christiani, qui cum Christo regnare cupiunt: ne ambitione saecularis potestatis regnare affectent; sed potius prae oculis habeant, quod beatus Gregorius papa sanctissimus in libro pastorali admonet, dicens*): „Inter haec itaque quid sequendum est, quid timendum, nisi ut virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat." Quodsi ad apostolicam sedem, in qua rite ordinati meritis beati Petri apostoli meliores efficiuntur, qui Deum timent coacti cum magno timore veniunt; ad regni solium cum quanto timore ac tremore accedendum est: in quo etiam boni et humiles — sicut in Saul et David cognoscitur — deteriores fiunt? Nam quod de

*) Bened. II, 10.

apostolica sede praelibavimus, in decretis beati Symachi papae*) — licet experimento sciamus — sic continetur: „Ille“, scilicet beatus Petrus, „perennem meritorum dotem cum haereditate innocentiae misit ad posteros.“ Et post pauca: „Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantae dignitatis attollit; in quo, si desint bona adquisita per meritum, sufficiunt, quae a loci decessore praestantur. Aut enim claros ad haec fastigia erigit, aut eos qui eriguntur illustrat.“

Quapropter, quos sancta ecclesia sua sponte ad regimen vel imperium deliberato consilio advocat, non pro transitoria gloria, sed pro multorum salute, humiliter obediant; et semper caveant, quod beatus Gregorius in eodem libro pastorali testatur: „Apostatae quippe angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis dedignatur. Sic Saul post humilitatis meritum in tumorem superbiae culmine potestatis excrevit. Per humilitatem quippe praelatus est, per superbiam reprobatus, Domino attestante, qui ait: „Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel?“ Et paulo inferius: „Miro autem modo cum apud se parvulus, apud Dominum magnus, cum vero apud se magnus apparuit, apud Dominum parvulus fuit.“ Vigilanter quoque retineant, quod Dominus in euangelio dicit: „Ego gloriam meam non quaero“, et „Qui vult inter vos esse primus, sit omnium servus“. Honorem Dei semper suo praeponant; iustitiam, unicuique suum servando ius, amplectantur atque custodiant; non eant in consilio impiorum, sed religiosis semper adquiescendo corde adhaereant. Sanctam ecclesiam non quaerant sicut ancillam sibi subicere vel subiugare; sed permaxime oculos illius, videlicet Domini sacerdotes, magistros et patres recognoscendo, decenter studeant honorare. Nam, si carnales patres et matres honorare iubemur, quanto magis spirituales? Et si ille qui carnali patri vel matri maledixerit, morte multandus est, quid ille, qui maledicit spirituali patri vel matri, meretur? Non, carnali amore illecti, studeant filium suum gregi, pro quo Christus sanguinem suum fudit, praeponere, si meliorem illo et utiliorem possunt invenire; ne, plus Deo diligendo filium, maximum sanctae ecclesiae inferant detrimentum. Patenter enim Deum et proximum, sicut christianum oportet, non amare convincitur, qui tantae utilitati tamque necessariae sanctae matri ecclesiae, prout melius potest, negligit providere. Hac namque virtute id est caritate neglecta, quicquid boni aliquis fecerit, omni salutis fructu carebit. Haec itaque humiliter agendo et amorem Dei et proximi sicut oportet servando, praesumant de illius misericordia, qui dixit: „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.“ Quem si humiliter imitati fuerint, de regno servili et transitorio ad regnum vere libertatis et aeternitatis transibunt.

*) Decret. Pseudoisid. ed. Hinschius p. 666. Vgl. auch Nr. VI.

XVII. Mainzer Gottesfriede, Frühjahr 1085.*)

(Mon. Germ. legg. II, 55 ff.)

Heinrici IV. Imperatoris Constitutio Pacis Dei In Synodo Moguntina A. 1085 Promulgata.**)

Cum nostris temporibus ultra modum tribulationibus sancta ecclesia affligeretur, compatiendo tot pressuris totque periculis, subvenire illi Deo propitiante tractavimus, ut pacem quam peccatis nostris exigentibus continuare non potuimus, intermissis saltem diebus aliquatenus confirmaremus. Anno dominice incarnationis 1085, indictione 8. Deo mediante tam clero quam populo pari consentientibus voto, constitutum est, ut a primo die adventus Domini usque ad exactum diem epiphaniae, et ab intrante septuagesima usque in octavas pentecostes et per totam illam diem, omnique feria quinta, sexta, sabbato, dominica die, usque ad ortum solis secundae feriae, addita feria quatuor temporum, omnique apostolorum vigilia cum die sequenti, insuper omni die canonice ad ieiunandum vel feriandum statuta vel sta-

---

*) Die Urkunde hat Pertz nach einem Bamberger Kodex des 12. Jahrh. ediert. Dieselbe wurde erlassen auf einer von dem Kaiser und den kaiserlichen Bischöfen besuchten Synode zu Mainz, im Anfange des Mai 1085. Dass auf dieser Synode ein Gottesfriede erlassen wurde, bezeugt Ekkehard, Chronicon ad ann. 1085: Ibi etiam communi consensu atque consilio constituta est pax Dei. (Vgl. Kluckhohn, Gesch. des Gottesfriedens; Göcke, die Anf. d. Landfriedensaufrichtungen in Deutschland; Waitz, Verf. VI. 434). Dass unsere Urkunde nach Mainz gehört und überdies nicht ein „zusammengeschrumpftes Excerpt des kölnischen Dokumentes“, sondern ein „Aktenstück von selbständigem Werte“ sei, hat gegenüber den Einwendungen Eggerts (Studien z. Gesch. der Landfrieden S. 8 ff.) Herzberg-Fränkel (die ältesten Land- und Gottesfrieden in Deutschland, Forschungen XXIII, S. 139 ff.) dargethan. Allerdings sind die meisten Bestimmungen wörtlich dem Gottesfrieden entnommen, welchen Erzbischof Siegwin von Köln, dem Beispiele des Bischofes von Lüttich folgend, im J. 1083 für seine Diözesanen erlassen hat und den wir aus einem Schreiben desselben an den Bischof Friedrich von Münster kennen (M. G. legg. II, 55 ff.). Neu aber ist in unserem Friedensinstrumente: Die Ausdehnung des Gottesfriedens auf das ganze Reich, die Vermehrung der befriedeten Wochentage um den Donnerstag, die Ausdehnung des Verbotes, Waffen zu tragen, auf diese befriedeten Wochentage, auf die Vigilien- und Festtage der Apostel, sowie auf die gebotenen Fasttage, neu ferner die Bestimmung, dass die Kaufleute auf der Reise, die Landleute bei der Feldarbeit, die Frauen und die gottgeweihten Personen jederzeit, des Friedens geniessen sollen. — Vgl. mit diesem Gottesfrieden den Elsässer Landfrieden (nr. XXII, Anhang b), der sich darauf gründet. **) Herzberg-Fränkel hebt a. a. O. S. 143 gegenüber Nitzsch (H. IV u. der Gottes- u. Landfr. Forsch. XXI) hervor, dass, wenn auch die Ueberschrift den Kaiser in den Vordergrund stelle, dieser dennoch beim Erlasse des Gesetzes in zweiter Linie stehe, das Gesetz vielmehr von den Bischöfen ausgehe, die ja auch die Urkunde selber ausschliesslich im eigenen Namen sprechen lasse.

tuenda, hoc pacis decretum teneatur, quatenus iterantium domique manentium securitatis sit tutissima traditio, ut cedes et incendia, predas et assultus nemo faciat, nemo fuste aut gladio aut aliquo armorum genere quemquam ledat, et nemo quamvis culpa faicosus[a] ab adventu Domini usque in octavas epiphanie, et a septuagesima usque in octavas pentecostes tollere arma presumat, scutum, vel gladium vel lanceam vel cuiuscunque prorsus armaturae sarcinam. Similiter in reliquis diebus, idem[b] dominicis quinta et sexta feria, sabbato omnique vigilia apostolorum cum die subsequenti, et omni die ad ieiunandum sive feriandum canonice statuta vel statuenda non licet arma ferre nisi longe euntibus, ea tamen conditione ut nulli quolibet modo lesionem inferat. Si necesse fuerit alicui infra spacium condictae pacis in alium locum, quo pax ista non observetur, ire, arma ferat, ita tamen ne alicui noceat, nisi inpugnetur, ut se defendat, reversus autem iterum arma deponat. Si contigerit ut castellum obsideatur, per dies qui infra pacem comprehensi sunt ab inpugnatione cessent, nisi ab obsessis impugnentur et repugnare cogantur.

Et ne haec pacis statuta traditio a quavis persona inpune violetur, ab omnibus dicta est sententia: Si liber vel nobilis eam violaverit, idem[b] si homicidium fecerit aut aliquem vulneraverit, aut alio quolibet modo defectaverit, absque omni sumptuum aut amicorum interventione finibus confinium suorum expellatur, totumque predium eius heredes sui tollant, et si beneficium habuerit, dominus ad quem pertinet illud accipiat. Si vero heredes sui aliquid illi postquam expulsus fuerit subsidium et sustentaculum inpendisse inventi fuerint et convicti, predium illis auferatur, et regiae dignitati mancipetur. Quod si se de obiectis purgare voluerit, cum 12, qui eque nobiles ac liberi fuerint iuret. Si servus occiderit hominem, decolletur; si vulneraverit, manu dextra truncetur; si alio modo vel pugno vel lapide sive fuste vel quolibet modo percutiendo defectaverit, verberetur et decapilletur. Si autem cui imputatur se innocentem probare voluerit, iudicio aque frigide se expurget, ita tamen ut ipse et nemo alius pro eo in aquam mittatur. Si autem timens iudicium quod in eum dictatum est aufugerit, perpetuae excommunicationi subiaceat, et in quocunque loco auditus fuerit, mittantur illuc litere, quibus denuntietur illum excommunicatum esse et quod cum eo nulli communicare liceat. Non debet truncatio manuum in pueris fieri, qui nondum etatem duodecim annorum impleverint; si qui hanc transgressi sunt, pueri, tantum verberibus castigentur. Non infringit pacem, si quis delinquentem servum vel discipulum vel quolibet modo

a) faicosus = faidosus v. faida, derjenige, welcher rechtmässige Fehde erhebt. b) vermutlich: id est; so auch das Kölner Instrument.

sibi subiectum scopis vel fustibus cedi iusserit. Excipitur etiam ab hac pacis constitutione, si dominus imperator publice expeditionem fieri iusserit propter appetendos regni inimicos, vel concilium sibi habere placuerit, propter diiudicandos iusticie adversarios. Non violatur pax, si interim dux aut alii comites vel advocati vel qui vicem illorum funguntur placita habuerint, et secundum quod lex habet in fures et predones et alios nocentes iudicia exercuerint. Securitatis gratia omnibus precipue faicosis huius dominice pacis statuta est tradicio, sed non ut post expletam pacem rapere et predari per villas et per domos audeant, quia que in illos antequam ista pax statueretur lex et sententia dictata est diligentissime tenebitur, ut ab iniquitate proibeantur, quia predatores et grassatores ab hac divina pace et ab omni prorsus excipiuntur. Si quis huic pie constitutioni contraire nititir, ut nec pacem Deo promittere nec etiam observare voluerit, missam illi nullus presbiterorum cantare presumat, et nullam salutis curam inpendat; si infirmetur nullus christianorum eum visitare presumat, et viatico etiam in fine nisi resipiscat careat. Si quis autem illam sive in presenti tempore sive in perpetuum apud posteros nostros violare presumpserit, a nobis inrecuperabiliter excommunicatus est. Non magis in comitum vel tribunorum*) sive quorumlibet potentum quam in totius populi communiter potestate constare sanximus, ut vindictas supra memoratas, violatoribus sancte pacis inferant; et hoc diligentissime caveant, ne in puniendo amiciciam vel odium, vel aliud quod iustitiae contrarium sit exerceant, ne delicta aliquorum abscondant sed potius in publicum proferant. Nullus pro redimendis qui in culpa deprehensi fuerant pecuniam accipiat. Mercatores in itinere quo negotiantur, rustici dum rusticali operi, arando, fodiendo, metendo, et aliis huiusmodi operam dant, omni die pacem habeant. Mulieres autem et omnes sacris ordinibus adtitulati perpetua pace fruantur; in ecclesiis vero et ecclesiarum cimiteriis honor et reverentia Deo prebeatur, ut si illuc confugerit raptor vel fur, minime capiatur, sed tamdiu ibi obsideatur, donec fame cogente ad deditionem cogatur. Si aliquis defensionem reo, arma, victum, vel fugam moliri presumpserit, equali penae sicut reus subiacebit. Banno etiam nostro interdicimus, ne aliquis sacri ordinis huius sanctae pacis transgressor convictus, laicali vindicta puniatur, sed episcopo presentetur. Unde laici decollentur, inde clerici degradentur; unde laici detruncentur, inde clerici ab officiis suspendantur; et consensu laicorum crebris ieiuniis et verberibus usque ad satisfactionem affligantur. Amen.

*) der centenarius oder vicarius comitis, der Schultheiss, der im Namen des Grafen die niedere Gerichtsbarkeit ausübt.

XVIII. Reichsfriedenseinigung, 6. Jan. 1103.*)

(Annales Augustani ad annum 1103 — Mon. Germ. legg. II, 60.)

[Anno ab incarnatione Domini 1103 Heinricus imperator Mogontiae pacem sua manu firmavit et instituit, et archiepiscopi et episcopi propriis manibus firmaverunt. Filius regis iuravit et primates totius regni, duces, marchiones, comites et alii quam multi. Dux Welfo et dux Pertolfus et dux Fridericus iuraverunt eandem pacem usque ad pentecosten et inde per quatuor annos. Iuraverunt, dico, pacem aecclesiis, clericis, monachis, laicis, mercatoribus, mulieribus ne vi rapiantur, Iudeis.

Iuramentum tale est:]

Nullus alicuius domum hostiliter invadat, nec incendio devastet, nullus aliquem capiat propter pecuniam, nec vulneret, nec percutiat, nec interficiat. Et si quis hoc fecerit, oculos vel manum amittat. Si quis eum defenderit, eandem poenam patiatur. Si in castrum fugerit, per tres dies obsessum a coniuratoribus[a] disperdatur. Si quis effugerit hoc iudicium, beneficium si habet, dominus suus sibi auferat, patrimonium cognati sui illi auferant. Si quis furtum fecerit valens quinque solidos vel plus, oculos vel manum amittat. Si furtum commiserit valens minus quinque solidos, capillos amittat et virgis cedatur et furtum reddat; et si ter tale furtum fecerit, vel rapinam tercia vice, oculos vel manum amittat. Si in via occurrerit tibi inimicus tuus, si possis illi nocere, noceas; si fugerit in domum vel in curtem alicuius, illesus maneat.

[Hoc iuramento utuntur amici regis pro scuto, inimicis vero nequaquam prodest.]

---

a) Eidesgenosse.

*) Vgl. auch hier die vorher erwähnten Werke. Ueber diesen Frieden berichten neben den Annales Augustani die Vita Henrici c. 8 u. Sigebert von Gembloux (Chronicon, M. G. S. S. VI, 368), es schweigt aber Ekkehard („Vermied er es absichtlich, die Verdienste des Kaisers zu berühren?" Buchholz, Ekkehard v. Aura I, 155 f.). — Während der Mainzer Gottesfriede die Fehde nur einen Teil des Jahres über verbietet, erstreckt sich in der Mainzer Reichsfriedenseinigung das Verbot auf das ganze Jahr, während der Gottesfriede „in perpetum" gelten soll, wird die Dauer der Reichsfriedenseinigung auf $4^1/_2$ Jahre beschränkt, während der Gottesfriede neben den weltlichen Strafen auch die kirchliche der Exkommunikation androht, enthält die Reichsfriedenseinigung nur weltliche Strafbestimmungen, während endlich der Gottesfriede in erster Linie von den Bischöfen ausgeht, ist der Urheber der Reichsfriedenseinigung der Kaiser. — Die Reichsfriedenseinigung und der sich darauf gründende schwäbische Landfriede v. 1104 (s. Nr. XXII, Anhang c) machen nach Herzberg-Fränkel a. a. O. S. 161 „Epoche in der Geschichte der deutschen Friedensverwaltung. Hier zuerst erscheint der Landfriede völlig entwickelt, jene Institution, welche das ganze Mittelalter hindurch den Grundpfeiler der öffentlichen Ordnung bildet."

XIX. a) Schreiben Heinrichs IV. an seinen Sohn, Juli 1106.

[Cod. Udalrici nr. 214; Jaffé, Bibliotheca V, pg. 250 ff. (nr. 134).]*)

H(einricus) Dei gratia Romanorum imperator augustus H(einrico) filio suo.

Si ea nos debita et paterna affectione tractasses, qua deberes, libentissime tecum paterne loqueremur et paterna tibi mandaremus. Verum quia longe alius quam paternae affectionis et humanitatis circa nos animus tibi fuit et est, nequimus aliter tecum loqui vel aliud mandare, quam quod ipsa manifestissimae rei veritas habet.

Tu enim ipse scis, sicut [ipso publico experimento][a) facti tui conscius es: qualiter, data fide et securitate personae et honoris nostri, omni affectione devotionis promisisti, nos ducere Moguntiam coram principibus et inde nos securissime reducere, quocunque vellemus. Hac fiducia cum tecum caritative et indubitanter ascenderemus, contra datam fidem apud Bingam nos cepisti. Ubi nec paternae lacrimae nec patris meror et tristicia, qua ad pedes tuos aliorumque provolvebamur, te movit ad misericordiam, quin nos caperes et captum mortalibus inimicis ad illudendum et custodiendum traderes; ubi, omni genere contumeliae et terroris afflicti, compulsi sumus ferme venire usque ad ipsum articulum mortis. Ante captivitatem etiam abstulisti nobis episcopatus et quicquid de honore regni potuisti; et praedia nostra et ipsam familiam. In captione vero, quicquid residuum erat, etiam lanceam et crucem et omnia regalia insignia vi et timore mortis — ut ipse bene scis et omni ferme notum est christianitati — a nobis extorsisti; vix relicta ipsa vita.

Cum hoc tibi de nobis non sufficeret, postea semper, et ubicunque fuimus, omnibus modis quibus potuisti, nos persequi non cessasti,

*) Dieser Brief gelangte an Heinrich V, als dieser vor Köln lag. Gleichzeitig traf ein Schreiben Heinrichs IV. an die Fürsten ganz ähnlichen Inhalts ein. Letzteres ist erhalten bei Ekkehard, Chronicon ad a. 1106; derselbe überliefert auch die Antwort der Fürsten. — Unser Brief ist namentlich von Wichtigkeit für die Vorgänge bei der Gefangennehmung und Absetzung Heinrichs IV., Ende Dez. 1105 u. Jan. 1106. Darüber berichten ausserdem: Heinrichs IV. Schreiben an seinen Taufpaten, den Abt Hugo v. Clugny (L. d'Achery, Veterum aliquot scriptorum spicilegium III, 442), dann an Philipp I. v. Frankreich (Cod. Udalr. Nr. 216, Jaffé V, S. 241 ff); ferner Ekkehard, die Annales Hildesheimenses, die Vita Henrici c. 10, endlich der Libellus. Von neueren Darstellungen s. Floto a. a. O.; Druffel, Kaiser Heinrich IV. und seine Söhne; Giesebrecht, Kaiserzeit III, 740 48 u. Anm.; Buchholz, Ekkehard v. Aura I, S. 237 ff. Druffel stellt die Thronentsagung Heinrichs als eine freiwillige dar und sucht S. 89 ff. nachzuweisen, dass Heinrich IV. namentlich in den Schreiben an Hugo und Philipp geradezu Falsches berichtet habe. Hiegegen wenden sich Giesebrecht und Buchholz.

ut vel perderes vel de regno expelleres. Verum non satis mirari possumus, qua ratione vel occasione hoc tam obstinate facis; cum de domno papa et Romana ecclesia tibi nulla residua sit occasio.

Nunc[b] enim nuntio domni papae et Romanae ecclesiae, te praesente, obedire parati [fuimus*) et][a] sumus; omnem debitam obedientiam et reverentiam ei presentialiter et semper exhibere; et consilio principum et spiritualis patris nostri H(ugonis) Cluniacensis abbatis aliorumque religiosorum virorum de statu ecclesiae et honore regni libentissime agere.

Rogamus te ergo pro honore regni et tuo et paterna devotione et per auctoritatem Romani pontificis et Romanae ecclesiae: ut de iniuria nobis illata et de his, quae nobis vi et iniuste abstulisti, iustitiam facias. Nec non etiam rogamus: ut — cum nichil rationis tibi sit, quare nos persequaris [quodam modo][a] — nos et fideles nostros cesses infestare, immo permittas nos pacifice et quiete vivere; ut integre et cum tranquillitate possimus omnia supra dicta peragere. Recognosce etiam et tecum cogita: quia Deus iudex iustus est, cui comm simus causam nostram, et eius vindicta et iudicia sunt velut abyssus multa. Quoniam, quantumcunque super afflictione et infortunio nostro glorieris et super humilitatem nostram te extollas, forsitan de sede sancta sua inter me et te sua gratuita misericordia aliud iam definivit, intercedente iustitia, quam tu ipse cogites et disponas

Quodsi nulla alia vel reverentia seu intercessio nobis valet, uti apud te iustitiam consequi possimus vel ut tuae persecutionis impetus cesset, [ad hoc idem][a] Romanum pontificem, sanctam et universalem Romanam sedem et ecclesiam appellamus.

---

a) fehlt in den zwei Handschriften, welche den Cod. Ud. vollständig überliefern (Cod. Vindobonensis Nr. 398 und Zwetlensis Nr. 283), und ist von Jaffé aus andern Handschriften aufgenommen, welche nur einzelne Stücke des Cod. Ud. enthalten.

b) Ich vermute: nos.

*) In dem gleichzeitigen Briefe an die Fürsten heisst es: sicut domino pape in presencia legati sui (Richard, Kardinalbischof v. Albano) et vestra obedire parati fuimus, ita et nunc parati sumus. Das obedire parati fuimus bezieht sich auf den Ingelheimer Vorgang. Buchholz a. a. O. S. 253 versteht hierunter „die Bereitschaft Heinrichs IV., dem Pabste den gebührenden kanonischen Gehorsam zu leisten und über die streitigen kirchlichen Fragen im Einverständnis mit den Fürsten zu einem Frieden mit ihm zu gelangen . . . Die Oboedienzerklärung, zu der Heinrich in Ingelheim bereit war, nahm man nicht an, dagegen verlangte und erzwang man ein öff. Sündenbekenntnis, dem keine Absolution nachfolgte."

XIX. b) Kaiser Heinrich IV. an die deutschen Fürsten, August 1106.*)

(Giesebrecht, Geschichte der deutschen Kaiserzeit, III, Dokumente Nr. 13.)

H(einricus) Dei gratia imperator Romanorum augustus archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus caeterisque regni principibus gratiam et dilectionem, dignantibus eam recipere. — Rogavimus filium nostrum et vos et multum precati sumus, ut dimisso exercitu ordinaretur, quomodo possemus pacifice convenire, ut de iniuria nostra et pace componenda ad honorem regni posset digne et decenter diffiniri. Placuit vobis remandare, unde nobis longe gravior priori oritur querimonia, quod dimissa obsidione Colonie vultis super nos et super fideles nostros sub specie colloquii cum exercitu venire, datis indutiis octo dierum, quae nunquam datae sunt homini alicuius condicionis, ut bene scitis, usque ad hanc diem pro legitima diffinitione alicuius minoris negotii, nedum pro tanta re, secundum divinam legem vel humanam vel etiam secundum usum hominum. Oporteret enim nos habere, si vobis placeret, saltem tales indutias, infra quas possemus convocare et precibus invitare ad hanc eandem causam, ut sint nobiscum,[a] Mogontinum et Treverensem et Bremensem archiepiscopos, Frisingensem et Augustensem, Curensem, Basiliensem episcopos, ducem Magnum cum duce Theoderico et ducem Boemicum et comitem Flandrensem cum comite Burgundie Willelmo et alios, qui ad prefatum negotium, ut bene scitis, valde sunt necessarii. Quapropter, sicut prius rogavimus, ita et nunc iterum precamur et obnixe rogamus, quatinus pro Deo et anima vestra et pro appellatione domini Romani pontificis Paschalis et Romanae aecclesiae et pro honore regni dignemini apud filium nostrum efficere, ut dimisso exercitu cesset nos persequi et ordinetur, quomodo secure et absque omni ambiguitate possimus vos cum caeteris supra dictis ad agendum de nostra iniuria et de pace in regno componenda quiete et pacifice convenire. Quodsi nulla-

---

a) So die Münchener Handschrift, die Trierer hat vobiscum.

*) Die Boten, welche die oben erwähnte Erwiderung der Fürsten nach Lüttich brachten, kehrten mit einem neuen Schreiben Heinrichs IV zurück, worin er sofortige Auflösung des feindlichen Heeres verlangte u. zum zweitenmale an den Papst appellierte. (Giesebrecht III, 758.) Kurz darauf brach Heinrich V. die Belagerung von Köln ab und rückte nach Aachen vor; von hier richtete er an den Vater ein Ultimatum, entweder sich „binnen acht Tagen in Aachen zu stellen oder sein Heil dem Schwerte anzuvertrauen." Unser obiges Schreiben nun ist die Erwiderung, welche den Ueberbringern des Ultimatums an die Fürsten aufgegeben wurde — das letzte authentische Wort aus dem Munde des geistig keineswegs gebrochenen Mannes. Die Gesandten waren kaum in Aachen eingetroffen, als die Kunde von seinem Tode sich verbreitete.

tenus cessare voluerit, proclamationem inde fecimus et semper facimus Deo et beatae Mariae et beato Petro patrono nostro et omnibus sanctis omnibusque christianis et vobis maxime, omni devotione precantes, ut dignemini cessare eum sequi ad persecutionem tantae iniuriae. Et ad hoc, ut ipse cesset nos persequi et vos eum imitari, appellavimus et iam tertio*) appellamus dominum Romanum pontificem Paschalem et sanctam et universalem sedem Romanam et aecclesiam. Quodsi hoc totum nobis prodesse non poterit, committimus nos Deo omnipotenti patri et filio sanctoque spiritui paraclito et beatae Mariae perpetuae virgini et beato Petro et Paulo et sancto Lamberto omnibusque sanctis, ut divina miseratio omniumque sanctorum intercessio humilitatem nostram respicere nosque contra tantum tamque iniuriosum impetum defendere dignetur.

XX. Verhandlungen zwischen Paschalis II. u. Heinrich V., 1111.

a) Paschalis II. privilegium primae conventionis, 12. Febr. 1111.*)

(Mon. Germ. legg. II, 68 f.)

P. episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Heinrico eiusque successoribus, in perpetuum. Et divine legis institutione sanccitum est, et sacratis canonibus interdictum, ne sacerdotes curis secularibus occupentur, neve ad comitatum, nisi pro dampnatis eruendis, aut pro aliis qui iniuriam patiuntur accedant.

*) Ueber die Verhandlungen zwischen dem Könige und dem Papste, welche dem ersten Einzuge Heinrichs in Rom vorausgingen, sind zwei offizielle Berichte auf uns gekommen: Der eine ist ein Stück aus dem Registrum Paschalis II., das mit anderen urkundlichen Aufzeichnungen aus den päpstl. Registerbüchern im 12. Jahrh. in die Annales Romani (Cod. Vat. Nr. 1984) aufgenommen worden ist, der andere die Encyclica Heinrici de controversia sua cum papa et Romanis (Cod. Udalr. Nr. 261); beide hat Pertz in den Mon. Germ. legg. II, 66 ff. ediert. Hier befinden sich namentlich auch die auf Grund jener Verhandlungen urkundlich niedergelegten ‚promissiones‘ des Königs und des Papstes. Die Rücksicht auf den beschränkten Raum gestattete nicht, diese Aktenstücke aufzunehmen. Dagegen findet Aufnahme die Urkunde, welche am 12. Febr., dem für die Krönung bestimmten Tage, entsprechend den früher getroffenen Abmachungen in St. Peter verlesen wurde und jenen furchtbaren Sturm unter den anwesenden geistlichen und weltlichen Grossen hervorgerufen hat; sie enthält ohnehin alles, was in den promissiones ausgesprochen ist. Unser Privilegium befindet sich sowohl im Cod. Vat. Nr. 1984 fol. 193, den Pertz seiner Edition zu Grunde gelegt hat, als auch im Cod. Udalr. Nr. 263 (Jaffé V, 272 ff., Nr. 149). Giesebrecht, Kaiserzeit, III, 810: „Ohne allen Grund hat man in Paschalis Entschliessung ein der Zeit voraneilendes reformatorisches Streben, eine besondere sittliche Erhebung, ja eine höhere Erleuchtung finden wollen; nichts anderes war sie, als das letzte zwecklose Verteidigungsmittel in einer unrettbaren Stellung,

Unde et apostolus Paulus: Secularia iudicia, inquid, si abueritis,[a] contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. In regni autem vestri partibus, episcopi, vel abbates adeo curis secularibus occupantur, ut comitatum assiduae frequentare et militiam exercere cogantur. Que nimirum aut vix aut nullomodo, sine rapinis, sacrilegiis, incendiis, exibentur. Ministri enim altaris, ministri curie facti sunt; quia civitates, ducatus, marchias, monetas, et cetera ad regni servitium pertinentia acceperunt. Unde etiam mos inolevit ecclesiae intollerabiliter, ut episcopi electi nullomodo consecrationem acciperent, nisi prius per manum regiam investirentur. Qua ex causa et symoniace heresis pravitas, et ambitio nonnunquam tanta prevaluit, ut nulla electione premissa episcopales cathedre invaderentur. Aliquando etiam vivis episcopis investiti sunt. His et aliis plurimis malis, que per investituras plerumque contingerant, predecessores nostri, Gregorius VII. Urbanus II. felicis memorie pontifices excitati, collectis frequenter episcopalibus conciliis, investituras illas manus laice dampnaverunt, et qui per eas obtinuissent ecclesias deponendos, donatores quoque communionem privandos percensuerunt; iusta illut apostolicorum canonum capitulum quod ita se abet: Si quis episcopus seculi potestatibus usus ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur et segregetur, omnesque qui illi communicant. Quorum vestigia subsequentes, et nos eorum sententiam episcopali concilio confirmavimus. Tibi itaque fili karissime rex Heinrice, et nunc per officium nostrum Dei gratia Romanorum imperator, et regno regalia dimittenda precipimus, que ad regnum manifeste pertinebant, tempore Karoli, Lodoicy, et ceterorum predecessorum tuorum. Interdicimus et sub anathematis districtionem proibemus, ne quis episcoporum seu abbatum, presentium vel futurorum, eadem regalia invadant. Id est, cyvitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatias regni, iura centurionum, et curtes que manifeste regni erant, cum pertinentiis suis, militia et castra regni. Nec se deinceps, nisi

---

der traurige Notbehelf eines Mannes, der ein Princip, welches ihm für unantastbar galt, um jeden Preis erhalten will und doch alle wirksamen Mittel der Erhaltung nicht ohne eigene Schuld verloren hat." — Bernheim, Zur Geschichte des Wormser Konkordates S. 9: „Bemerkenswert für die Entwicklungsgeschichte der Investiturbegriffe ist dieser Vertrag durch zweierlei: einmal dadurch, dass der König die Oblationen und Zehnten, die Mobilien also, und alle Schenkungen von Privaten als unmittelbares Kirchengut anerkannte, also die frühere extreme Ansicht aufgab; und zweitens dadurch, dass Paschal unumwunden einen Unterschied zwischen unmittelbarem Kirchengut und zwischen Reichskirchengut anerkannte." Vgl. Schum, die Politik Papst Paschals II. gegen K. Heinrich V im J. 1112. (Jahrb. d. Akad. zu Erfurt VIII.)

a) Pertz setzt nach dem Cod. Vat. Nr. 1984 abieritis in den Text. Der Cod. Ud. hat habueritis; so auch 1 Cor. 6, 4.

gratia regis, de ipsis regalibus intromittant. Set nec posteris nostris liceat qui post nos in apostolica sede successerint, te, aut regnum super hoc inquiaetare negotio. Porro, ecclesias cum oblationibus [a] et hereditariis possessionibus, [b] que ad regnum manifeste non [c] pertinebant, liberas manere decernimus, sicut in die coronationis tuae in conspectu totius ecclesiae promisisti. Oportet enim episcopos curis secularibus expeditos, curam suorum agere populorum, nec ecclesiis suis abesse diutius. Ipsi enim iuxsta apostolum Paulum pervigilant, tamquam rationem pro animabus aeorum reddituy. [d]

b) Paschalis II. privilegium secundae conventionis, 12. April 1111. *)

(Mon. Germ. legg. II, 72 ff.)

P. episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Christo filio, H. glorioso Teutonicorum regi, et per Dei omnipotentis gratiam Romanorum imperatori augusto, salutem et apostolicam benedictionem. Regnum vestrum sanctae Romanae ecclesiae singulariter coherere, dispositio divina constituit. Predecessores vestri probitatis et prudentie amplioris gratia Romane urbis coronam et imperium consecuti sunt. Ad cuius videlicet coronae et imperii dignitatem, tuam quoque personam fili karissime, H. per nostri sacerdotii ministerium maiestas divina provexit. Illam igitur dignitatis prerogativam, quam predecessores nostri predecessoribus tuis catholicis imperatoribus concesserunt, et privilegiorum paginis confirmaverunt, nos quoque dilectioni tuae concedimus, et presentis privilegii pagina confirmamus, ut regni tui episcopis vel abbatibus libere preter symoniam, et violentiam electis, investituram virgae et anuli conferas. Post investitionem

---

a) Liebesgaben an Naturalien und Geld. b) Privatschenkungen an Land. c) lässt Pertz weg; es steht aber im Cod. Ud., sowie in der promissio regis und wird durch den Zusammenhang gefordert. d) Porro ... reddituy fehlt nicht, wie Pertz meint, im Cod. Ud., sondern ist dort nur verstellt. — Der Cod. Vat. fährt fort: 'Postea rex cum omnibus suis consiliariis diabolico spiritu plenus (Pertz: plenius) his omnibus pactionibus et sacramentis ad nichilum deductis post processionem pridie Idus Februar. anno duodecimo pontificatus eius in ecclesia beati Petri sicut indutus erat ut missam celebraret et eum coronaret, cum episcopis cardinalibus, diaconibus archipresbyteris, presbyteris et omni clero, iudices ac notarii, nobilibus etiam civitatis et suburbanis, cepit eum ac in custodia abuit per duos menses.

*) Ueber die Verhandlungen zwischen Heinrich u. Paschal während des Letzteren Gefangenschaft dient uns wiederum als Quelle ein in die Annales Romani aufgenommenes Stück des Registrum Paschalis, sowie Cod. Udalrici (Nr. 264 und 265; Jaffé V, 274 ff., Nr. 150). Wir geben im nachfolgenden das auf Grund dieser Verhandlungen am 12. April ausgestellte Privileg, für dessen Edition Pertz ebenfalls den Cod. Vat. Nr. 1984 mit Recht zu Grunde gelegt hat.

vero canonicam consecrationem accipiant ab episcopo ad quem pertinuerint. Si quis autem a clero et populo preter tuum assensum electus fuerit; nisi a te investiatur, a nemine consecretur. Sane episcopi et archiepiscopi libertatem habeant, a te investitos episcopos vel abbates canonice consecrandy. Prededecessores enim vestri ecclesias regni sui tantis regalium suorum beneficiis ampliarunt, ut regnum ipsum maxime episcoporum presidiis vel abbatum oporteat communiri, populares dissensiones, que in electionibus sepe contingunt, regali oporteat maiestate compesci. Quam ob rem prudentiae et potestatis tuae cura debet sollicitius imminere, ut Romane ecclesie magnitudo, et ceterarum salus prestante Domino beneficiis[a] potioribus conservetur. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona hanc nostre concessionis paginam sciens, contra eam temerario ausu venire temptaverit, anathematis vinculo, nisi resipuerit, innodetur, honorisque ac dignitatis periculum patiatur. Observantes autem misericordia divina custodiat, et personam potestatemque tuam ad honorem et gloriam suam feliciter imperare concedat. Amen.[b]

XXI. Wormser Konkordat, 23. September 1122.

a) Privilegium Calixti pape secundi.

(Mon. Germ. legg. II, 75f u. Bernheim, zur Gesch. des Wormser Konkord. S. 33ff., 36 u. 38 f.)

Ego[c] Calixtus episcopus servus servorum Dei, tibi[d] dilecto filio H. Dei gratia Romanorum imperatori augusto, concedo elec-

---

a) Cod. Ud. hat beneficiis et seruiciis. b) der Cod. Vat. fährt also weiter: Cui nimirum scriptum hunc ibidem (im Lager bei der Salarischen Brücke) quamvis invitus pontifex subscripsit, et episcopi et cardinales qui cum eo capti fuerant, simul cum diaconibus ac subdiaconibus subscripsere, et per sacramenta firmauerunt, episcopi scilicet duo fuerunt, savinensis videlicet et portuensis (Pertz: portuensi).

c) Von den beiden Urkunden, welche am 23. Sept. 1112 zu Lobwisen unweit Worms zwischen dem Kaiser und den päpstlichen Legaten ausgetauscht wurden, ist die wichtigere, die im Namen des Papstes Kalixtus' II. ausgestellte, im Original nicht mehr vorhanden; wir sind demnach auf Abschriften angewiesen. Bernheim hat für dieses viel umstrittene Dokument folgende Ueberlieferungen benützt (die Klammer [ ] schliesst die von Pertz nicht berücksichtigten Texte ein): 1.) Cod. Vat. Nr. 1984, 1. Hälfte des 12. Jhd. 2.) Cod. Vindob. Nr. 2178, v. Pertz Jus. can. Nr. 91 gen., 2. Hälfte des 12. Jhd. 3.) Cod. Londin. in Mus. Britann. Cotton. Domit. A. VIII. fol. 11, c. 1200 geschr. 4.) Cod. Londin in Mus. Britann. Cotton. Claud. A. I. fol. 35, c. 1130—40. 5.) Cod. sancti Trudonis, in bibl. Leod., c. 1200. 6) Cod. Vindob. Nr. 430, v. Pertz Salisburg Nr. 404 gen., 1. Hälfte d. 12. Jhd. 7.) Cod. Bamberg., c. 1200. [M. = Wilhelms v. Malmesbury Text in M. G. S. S. X, 483. — E. = Ekkehards Text in M. G. S. S. VI, 260, vier J. nach der Ausfertigung d. Urk. geschr. — A. = Anselms Text in M. G. S. S. VI, 378]. d) fehlt bei E.

tiones[a] episcoporum et abbatum Teutonici regni, qui ad regnum pertinent, in presentia tua fieri, absque symonia, et aliqua violentia; ut si qua inter partes discordia emerserit, metropolitani et comprovincialium[b] consilio vel iudicio, saniori parti assensum et auxilium prebeas. Electus autem regalia, absque omni exactione,[c] per sceptrum[d] a te[e] recipiat, et que ex his iure tibi debet faciat. Ex aliis vero partibus imperii consecratus, infra sex menses, regalia absque omni exactione[f] per sceptrum a te recipiat, et que ex his iure tibi debet faciat.[g] Exceptis omnibus que ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur.[h] De quibus vero mihi querimoniam feceris, et auxilium postulaveris, secundum officii mei debitum auxilium tibi prestabo. Do tibi veram pacem, et omnibus qui in parte tua sunt, vel fuerunt, tempore huius discordiae.[i] *)

b) Preceptum Heinrici quarti imperatoris.**)

(Mitt. des Inst. f. öst. Gesch. VI, 105 ff.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Ego, Heinricus, Dei gratia Romanorum Imperator augustus, pro amore dei et sancte

a) 2 hat consecrationes. b) 3, 4, M haben provincialium. c) absque omni exactione fehlt in 2, 3, 4, 5, 6, 7, E., M., A. d) p. s. fehlt in 3, 4, M. e) 6 schiebt hier sine exactione ein. f) a. o. e. fehlt in 3, 4, 5, 6, 7, E., A., M. g) et que ex his iure tibi debet faciat fehlt in 5, 6, 7 E., A. h) exceptis omnibus que ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur steht in 5, 6, 7, E., A. nach dem erstmaligen sceptrum a te recipiat. i) E. fügt hinzu: Data anno 1122. 9. Kal. Oct.

*) Die sub a) notierte Abweichung ist nach Bernheim S. 43 eine Fälschung der kirchlichen Ultras; die sub g) notierte Auslassung ist offenbar eine harmlose Kürzung; die Verschiebung sub h) offenbar ein Versehen, veranlasst durch die gleichlautend wiederkehrenden Worte sceptrum recipiat (Bernheim S. 35); das sub b) erwähnte provincialium ist ein Schreibfehler. Die in Cod. 1 enthaltene, in den sub c) und f) bezeichneten Ueberlieferungen weggelassene Klausel absque omni exactione erscheint Bernheim S. 35 als eine Interpolation. Im Uebrigen hält er an der Authenticität des Textes fest, wie ihn Pertz nach dem Cod. Vat. Nr. 1984 (1) gegeben hat. — Giesebrecht, Kaiserzeit, III, 940 f. u. Anm. bevorzugt die Fassung bei Ekkehard (und Anselm), welcher absque omni exactione beide Male, die Worte et que ex his iure tibi debet faciat an zweiter Stelle und tibi in der ersten Zeile weglässt und die Worte exceptis . . . noscuntur verschiebt, dagegen die Zeitangabe bietet. Der Umstand, dass das im Original erhaltene Paktum Heinrichs undatiert ist, lässt aber das letzterwähnte, für Ekkehard sprechende Moment an Wert verlieren. — Es erübrigt noch, den Text im Cod. Udalr. Nr. 306 (Jaffé V, pg. 388) zu vergleichen. Während dieser die v. Ekkehard an zweiter Stelle weggelassenen Worte et que . . . faciat an beiden Stellen enthält, fehlt bei ihm wie bei Ekkehard tibi und beide Male absque omni exactione; es fehlt bei ihm aber auch metropolitani et comprovincialium consilio, ferner per sceptrum an beiden Stellen, ferner der Satz exceptis . . . noscuntur und endlich die Worte de quibus vero mihi querimoniam feceris. Diese letzteren Auslassungen charakterisieren sich offenbar sämtlich als Fälschung in kaiserlichem Interesse (Vgl. Bernheim S. 30 f.)

**) Ich gebe diese noch im Original vorhandene Urkunde (Archiv der

Romane ecclesie et domini Pape Calixti, et pro remedio anime mee dimitto deo et sanctis dei apostolis Petro, et Paulo, sancteque catholice ecclesie, omnem inuestituram per anulum et baculum, et concedo in omnibus ecclesiis que in regno vel imperio meo sunt, canonicam fieri electionem et liberam consecrationem. Possessiones et regalia beati Petri que a principio huius discordie usque ad hodiernam diem siue tempore patris mei siue etiam meo ablata sunt, que habeo, eidem sancte Romane ecclesie restituo, que autem non habeo, ut restituantur fideliter iuuabo. Possessiones etiam aliarum omnium ecclesiarum et principum, et aliorum tam clericorum quam laicorum que in werra ista amisse sunt, consilio principum vel iusticia que habeo reddam, que non habeo ut reddantur fideliter iuuabo. Et do ueram pacem domino Pape Calixto, sancteque Romane ecclesie et omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt, et in quibus sancta Romana ecclesia auxilium postulauerit, fideliter iuuabo, et de quibus mihi fecerit querimoniam, debitam sibi faciam iusticiam. Hec omnia acta sunt consensu et consilio principum. Quorum nomina subscripta sunt: Adelbertus archiepiscopus Mogontinus, F. coloniensis archiepiscopus, H. ratisbonensis episcopus, O. bauenbergensis episcopus, B. spirensis episcopus, H. augustensis, G traiectensis, Ou. constanciensis, E. abbas w(u)ldensis, Heinricus dux, Fridericus dux, S. dux, Pertolfus dux, Marchio Teipoldus,

---

Engelsburg, Armarium I, capsa VI, Nr. 11 — die goldene Bulle, mit der die Urkunde versehen war, ist verschwunden) nach dem Facsimile, das Sickel-Bresslau in den Mitteilungen des Inst. f. öst. Gesch. Bd. VI, S. 105 ff. („Die kaiserl. Ausfertigung des Wormser Konkordates") auf Grund einer photographischen Aufnahme publiziert haben. Damit kann der Streit über die Authenticität des Pactum Heinrici als beendigt gelten. Es ist also auch nicht mehr notwendig, die Varianten der übrigen Ueberlieferungen hier aufzunehmen. Um jedoch Anhaltspunkte in Bezug auf die Zuverlässigkeit der für die Urkunde Kalixtus' II. wichtigsten Ueberlieferungen, des Cod. Vat. Nr. 1984 und des Ekkehard, zu gewinnen, sei hinzugefügt, dass der Cod. Vat. ausser der Weglassung der Rekognition weder eine erhebliche Auslassung noch eine erhebliche Abweichung verzeichnet, Ekkehard aber nicht blos die Rekognition, sondern auch die Invokation, die Zeugen, sowie die Sätze: que in regno vel imperio meo sunt; que in werra ista amisse sunt; et de quibus mihi f. querimoniam, debitam sibi faciam iustitiam vermissen lässt. — Seitdem Sickel nachgewiesen hat, dass das sogenannte Ottonianum vom J. 962 nicht im Original, sondern in einer gleichzeitigen oder wenig späteren Abschrift erhalten ist, muss dieses Dokument „als das älteste, aus den durch das ganze Mittelalter sich hinziehenden Verhandlungen zwischen Kaisertum und Papsttum hervorgegangene, in der originalen Ausfertigung auf uns gekommene Schriftstück" gelten (Bresslau a. a. O. S. 113). — Ueber die Geschichte des Wormser Konkordats vgl. Bernheim, „Zur Geschichte des Wormser Konkordats" u. „Lothar III. und das Wormser Konkordat" und Giesebrecht a. a. O.

Marchio Engelbertus, Godefridus Palatinus, Otto Palatinus comes, Beringarius comes.

Ego Fridericus, coloniensis archiepiscopus et archicancellarius recognovi.

XXII. Anhang a): Heinrichs IV. Freibrief für die Wormser, 18. Januar 1074.*)

(Bresslau, centum diplomata in usum scholarum diplomaticarum Nr. 80, S. 122 ff.)

C. In nomine sanctae et et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Regiae potestatis est et pietatis omnium servituti congruis respondere beneficiis, videlicet ut, qui in servitii devotione se exhibent promptiores, in servitii etiam remuneratione se iudicari digniores gaudeant et sublimiores. Inter quos Wormatiensis civitatis habitatores non minima, sed maxima et speciali remuneratione dignos, quin omnibus cuiuslibet urbis civibus digniores iudicavimus, quos in maxima regni commotione maxima et speciali fidelitate nobis adhaesisse cognovimus, cum nec viva nec litteris notata, nec per nos nec per nuncium, vel aliqua voce illos in hanc tam egregiam fidelitatem attraxerimus. Quam iccirco tam egregiam diximus, quia, cunctis regni principibus in nos neglecta fidei religione sevientibus, hi soli quasi in mortem ruentes contra omnium voluntatem nobis adhaesere. Nam cum singulae civitates quasi immo vere in nostrum adventum clauderentur, dum vigilum custodiae per vices[a] distribuerentur, dum cerere[b] et ferro tutandae nocte et die circumirentur**): sola Wormatia communi civium favore omnigenum armorum munitione nostro adventui servabatur.***) Sint igitur servitii remune-

---

a) Bresslau vermutet vicos, mir scheint jedoch eine Konjektur nicht notwendig; per vices steht für das klassische in vices. b) ich vermute sera.

*) Giesebrecht, Kaiserzeit III, 291, Anm.: „Die Zweifel, die an der Echtheit der Urkunde erhoben sind, sind unbegründet. Die Verwirrung der Zeitbestimmungen ist die gewöhnliche in den Urkunden jener Zeit, und die Indiktion weist auch hier auf das richtige Jahr hin.“ Nach Bresslau, dem besten Kenner der salischen Urkunden, weicht die Fassung der Urkunde von der sonst üblichen kaiserlichen Kanzleisprache sehr ab, namentlich fehlt die promulgatio. **) Nach Bresslau, der an cerere festhält, hat der König sagen wollen: „civibus singularum civitatum, cum obsidione cingerentur, et rem frumentariam procurandam et hostes armis depellendos fuisse.“ ***) Anf. Dez. 1073. Vgl. Lambert ad a. 1073: Cumque prope Wormaciam in locum qui dicitur Lovendeburg (Ladenburg am Nekar) venisset, gravissima aegritudine correptus, multis diebus lecto decubabat, spemque maximam hostibus suis fecerat, tantos irrarum motus sine sanguinis effusione posse confici. Sed ab infirmitate vixdum plene recreatus, Wormaciam festinavit; ubi cum magna pompa a civibus in urbem susceptus est, qui et paulo ante, ut sua erga eum studia clariora facerent, milites episcopi, ingressum eius prohibere temptantes, urbe expulerant, et ipsum episcopum, nisi mature fuga lapsus civitate ex-

ratione primi, qui in servitii devotione exstiterunt non novissimi; sint omnibus exemplo in debita servitii responsione, qui omnibus praestant in servata fidei religione; sint omnium civitatum habitatores regiae munificentiae spe laetificati, quam Wormatienses ipsa re sunt consecuti; discant omnes regi servare istorum imitatione fidelitatem, qui in istorum utilitate regis probant benignitatem! Quae quidem utilitas paucis verbis comprehenditur, sed in ipsorum consideratione non levis, sed grata et honorabilis computatur. Teloneum siquidem, quod in teutonica lingua interpretatum est zol, quod in omnibus locis regiae potestati assignatis, videlicet Franchenevurt, Boparten, Hamerstein, Drutmunne, Goslarie, Angere, iudei*) et coeteri Wormatienses solvere praetereuntes debiti erant, Wormatiensibus, ne ulterius solvant zol, remisimus, in principum nostrorum, scilicet Liemmari Hammaburgensis metropolitani, Ebbonis Nuimburgensis, Diederici Virdunensis, Herimanni Babenbergensis, Burchardi Basiliensis episcoporum coeterorumque fidelium Christi nostrorumque praesentia firmavimus. Quam firmationem super praefati zol remissione factam ut nullus successorum nostrorum videlicet regum seu imperatorum infirmare velit, rogamus et pro sui facti cuiuslibet optanda stabilitate obligamus, qui, quod absit, in quo nos infirmat, se et quod fecerit infirmari credat. Hanc igitur firmationem, ut infra videtur, nostra manu in hac carta, quam scribi iussimus, inscriptam et nostri sigilli impressione insignitam omnis generationis, tam futurae quam praesentis, notitiae relinquimus.

Signum domni Heinrici quarti regis humillimi et invic (M) tissimi. (L. S.)

Adalbero cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.

Data est XV kalendas Februarii, anno dominicae incarnationis millesimo LXXIII, indictione XX, anno autem ordinationis domni Heinrici IIII regis XVIIII, regni vero XVII. Actum est Wormatie. Feliciter in Dei nomine amen.

---

cessisset, comprehendissent et vinctum ei misissent. Venienti ergo ei armati instructique obviam procedunt, non ad vim faciendam, sed ut, conspecta eorum multidudine, armorumque apparatu, expeditorum iuvenum frequentia, animadverteret, in arduis rebus suis quantum spei in eis ponere debuisset. Operam suam benigne spondent, iusiurandum dant, sumptus ad bellum administrandum ex sua re familiari singuli pro virili portione offerunt, et quoad vivant pro honore eius devote se militaturos confirmant. Ita rex civitate munitissima potitus, hanc deinceps belli sedem, hanc regni arcem, hanc, utcumque res cecidissent, tutissimum asilum habere coepit.

*) Haben vielleicht auch die Juden die besondere Huld des Königs erworben, indem sie namentlich ihm Geldvorschüsse machten? (vgl. Lambert oben: sumptus ad bellum administrandum . . . offerunt). Hat es vielleicht denselben Grund, wenn die Juden in der Reichsfriedenseinigung vom J. 1103 (s. Nr. XVIII) unter die befriedeten Personen aufgenommen werden, während sie in dem sich darauf gründenden schwäbischen Landfrieden (s. Anhang c) fehlen?

Anhang b): **Elsässer Landfriede unter Heinrich IV. (zw. 1085 und 1103).**

(Waitz, Urkunden zur deutschen Verfassungsgeschichte. 2. Aufl., Nr. 13.)*)

Notum sit omnibus pacem cupientibus, qualiter Alsatienses cum suis primatibus subnotatam pacis edictionem[a] iuxta conprovincialium suorum decretum coniuravere**) et coniuratam perpetuo, prout homini licet, in hunc modum confirmavere:

(1.) Pacem vero precipue et semper et ubique omnibus ecclesiis et eorum atriis; pacem clericis omnibus et feminis, mercatoribus, venatoribus et causa orationis transeuntibus et agricolis dum operantur in agris vel ad agrum exeuntibus vel redeuntibus.

(2.) Huius autem condictionis[b] observantiam in dies et in tempora considerate distributam, a vespera scilicet quarte ferie usque ad ortum solis ferie secunde et in legitimis vigiliis et in canonisatis sanctorum festivitatibus et in quatuor ieiuniorum temporibus et ab adventu Domini usque ad octavam epiphanie et a septuagesima usque ad octavam pentecostes, ita iureiurando sanxere, ut nullus in huius condictionis termino arma ferat exceptis necessario transeuntibus, exlusis omnibus publicis regie maiestatis hostibus.

(3.) Quicumque autem in prenominatis diebus et temporibus aliquem suum coniuratorem[c] aut rapina***) aut incendio aut cap-

a) edictionem = edictum. b) Vertrag, Friedenseinigung. c) Eidesgenosse.

*) Derselbe ist zuerst gedruckt bei Beatus Rhenanus, Rerum Germanicarum III, ed. 1532, S. 97 (daraus wiederholt von Goldast, Const. imp. II, S. 47), dann bei Grandidier, Histoire d'Alsace, Preuves I, S. 265 „ex manuscripto Bibliothecae Beati Rhenani, quae servatur Selestadii.“ (Das Manuscript ist verloren gegangen.) — Die Echtheit des Dokumentes ist von Kluckhohn a. a. O. S. 67, von Eggert a. a. O. S. 22 u. von Osenbrüggen, Alam. Strafrecht S. 4 bestritten, von Giesebrecht, Kaiserzeit II, 684 (4. A.), von Herzberg-Fränkel a. a. O. S. 151 ff., namentlich aber von Waitz, Verf. VI, 437 (u. in d. Urk. z. d. V.) verteidigt worden. — Das Friedensinstrument muss zwischen dem Mainzer Gottesfrieden v. J. 1085 (s. Nr. XVII.), auf den es sich ohne Zweifel gründet, u. der Reichsfriedenseinigung v. J. 1103 (s. Nr. XVIII) erlassen worden sein. **) Waitz (Verfassungsgesch. VI, 437), der unsere Urkunde dem Jahre 1094 zuweist, versteht unter decr. compr. den von Bernold zum Ende des Jahres 1093 berichteten Ulmer Landfrieden (Mon. Germ. S. S. V, 457) und beruft sich auf Bernolds Bericht z. J. 1094, dass der schwäbische Friede auch im Elsass angenommen worden sei. — Herzberg-Fränkel a. a. O. S. 154 versteht unter comprovinciales die Teilnehmer einer elsässischen Provinzialversammlung. ***) Herzberg-Fränkel versteht hierunter Frauenraub, der gewöhnlich raptus heisst und nach oberdeutschem Landrecht wie Friedensbruch bestraft wird, unter rapina in § 7 aber den gemeinen Strassenraub, der nicht zu den Vergehen des Friedensbruches gehört u., wenn der geraubte Gegenstand den Wert v. 5 Schillingen erreicht, nach alamannischem Recht mit dem Tod durch den Strang bestraft wird (Osenbrüggen, Alam. Strafrecht S. 312 ff.)

tivitate aut aliqua temeraria presumptione infra curtis aut domus ipsius conseptum aut conclave invaserit aut aliquem ad sanguinis effusionem temere percusserit, liber capitali sententia [a] puniatur, servus autem manu privetur.

(4.) Si quis huius condictionis reum occultaverit vel occultatum aufugere fecerit, ipse rei damnationi subiaceat.

(5.) Et quisquis furore vel aliqua hostili occasione coniuratores suos iniuste acclamaverit vel temere evocaverit,*) et liber et servus prefata damnatione puniatur.

(6.) Et si quis aliqua intentione quasi reus acclamatus fuerit et ipse innocentie sue expurgationem appellaverit, liber vel personatus serviens, si infra patriam est, post 7 dierum inducias cum totidem sue comparitatis testibus se expurget, plebeius autem et minoris testimonii rusticus aque frigide iudicio.

(7.) Si quis sicli [b] unius aut duorum pretii furtum aut predam fecerit, corium cum capillis perdat; si secundo vel tanti vel quinque siclorum furtum vel rapinam fecerit, manu privetur; si tertio, absque omni dubietate suspendatur.

(8.) Si autem publica imperatoris expeditione aut condictionali excitati fuerint acclamatione, tribus diebus proprio pergant victu. Si autem iter prolixius fuerit, caballorum tantum cibaria et ad vescendum sumant necessaria, et nihil preter herbam, olera, poma, ligna et que ad venatoria pertinent exercitia tollere presumant.

(9.) Equi autem admissarii, qui vulgariter stuot vocantur, et vinee et segetes sub hac pacis condictione perpetuo permaneant, nisi forte aliquis ad pascendum equum suum in transeundo indigeat, sumat quod in pascendo sufficiat, in via tamen publice.

(10.) Quod quisque ante huius condictionis decretum aliquo vel proprietatis vel regiminis iure possedit, et nunc eodem iure possideat.

(11.) Si quis autem sese ab huius pacis sacramento subduxerit aut iurasse falso confessus fuerit, prenotato testium numero predictoque testimonii iudicio, si infra huius decreti terminum conversari voluerit, affirmet. Et si affirmare noluerit vel

---

a) Rhenanus und Grandidier haben summa. b) Eine schon bei den Hebräern und Lateinern vorkommende Münze. Wert unsicher.

*) Derselbe Vorgang, der Anhang c, Abschnitt 2 bezeichnet wird mit: ille in quo pax fuit corrupta, faciat apud populum proclamationem, et persequatur reum . . . cum populo. Die acclamatio oder proclamatio ist noch näher erklärt im Abschnitt 1: ille in quo pax corrupta est vadat ad parrochiam accusati et dicat populo: Ille N. in hac re corrupit pacem in me. Et det sibi inducias per quatuordecim dies. Auf die dreimalige a. oder p. folgt, wenn der Friedensstörer sich zu keiner Satisfaktion versteht, die evocatio d. i. das Aufgebot des Volkes zum bewaffneten Einschreiten wider den Frevler.

aliqua occasione contradixerit, aut condictionali legi subiaceat, aut discedens discedat.

(12.) Summopere autem omnibus huius decreti invigilandum est et providendum auctoribus, ne quid in hac condictione temere agatur et sine discretione.

(13.) Ad huius sacramentum iuniores semper inducantur vel etiam cogantur, hoc attendentes, quia quanto iuniores tanto negligentiores.

(14.) Et ne tam utile tamque sacrosancte pacis decretum odiose negligatur, a sacerdotibus diligenter caveatur, et quia Leonis pape*) banno sancitum est, cunctis dominicis diebus constanter doceatur; et semper in quarte ferie vespera Dei pacis adventus, ut oportet, cum sonitu campanarum publice indicetur.

Anhang c): **Schwäbischer Landfriede, 1104.**)**

(Mon. Germ. legg. II, 61)

Talis pax iurata est a duce Friderico et a multis comitibus, episcopo Augustensi et Eistetensi episcopo et utriusque prioribus consencientibus. Clerici et ecclesiae et cimiteria et dotes aecclesiarum pacem habeant, similiter omnes homines pacem habeant in domibus, et in quolibet aedificio, et in curiis etiam infra legitimas areas domuum quas hovestete vulgo vocamus, sive sint septae seu nulla sepe sint circumdatae. Mulieres nullius violentiam paciantur. Mercatores et agricolae pacem habeant; nullus omnino pro sola causa pecuniae capiatur. Si quis praedictam

---

*) Waitz bezieht diese Stelle auf die bekannte Thätigkeit Leos IX. für den Gottesfrieden überhaupt. Giesebrecht, der, Kaiserzeit II, 684 (4. Auflage) unsere Urkunde in das Jahr 1104 verlegen will, liest legati pape und versteht darunter den Hinweis auf den päpstlichen Legaten Gebhard von Konstanz, der 1104 für die Verbreitung der pax Dei thätig gewesen sei.

**) Dieses Dokument hat Pertz nach Randnotizen herausgegeben, die im Anfange des 12. Jahrhunderts zu einem Münchener Kodex gemacht worden sind. In der Datierung folge ich Göcke a. a. O. S. 82 an. Diese schwäbische Friedenseinigung schliesst sich ohne Zweifel der Mainzer Reichsfriedenseinigung vom J. 1103 (s. Nr. XVIII.) an, jedoch mit einigen Abweichungen: Unter den befriedeten Personen erscheinen hier im Unterschiede von der Reichsfriedenseinigung statt der Juden und der Laienbrüder die Bauern, ferner bedroht die Reichsfriedenseinigung den Friedensbruch mit Verlust der Augen oder der Hände, der schwäbische Landfriede hingegen setzt nur letztere Strafe fest; der Hauptunterschied aber liegt in der kürzeren Dauer der schwäbischen Friedenseinigung (s. Herzberg-Fränkel a. a. O. S. 159 f.). Der zweite, fragmentarische Abschnitt enthält nur Strafbestimmungen; ob diese mit dem ersten Abschnitt in ursprünglichem Zusammenhange standen, ist zweifelhaft. — Vgl. auch hier die bei den früheren Friedensgesetzen angeführte Litteratur.

pacem infregerit, manum perdere debet. Si quis inculpatus fuerit pro furto vel pro aliqua culpa istius corruptae pacis, ille in quo pax corrupta est vadat ad parrochiam accusati, et dicat populo: Ille N. in hac re corrupit pacem in me. Et det sibi inducias per quatuordecim dies. Si non habuerit iusticiam infra quatuordecim dies, secundo inducietur sibi per quatuordecim dies, et tercio det sibi inducias per quatuordecim dies; et si inculpatus ad satisfactionem non venerit, reus sit corruptae pacis. Haec pax hinc usque pascha et a proximo pascha usque ad sequens pascha permanere debet.*)

Si quis minus quam sexaginta denarii valeant furetur, depiletur et virgis excorietur, et in utraque maxilla ferro usque ad dentes uratur. Si quis sexaginta denarios vel plus quam sexaginta denarii valeant furetur, manus ei abcidatur. Hanc pacem unusquisque ante proximum festum sanctae Mariae debet iurare, vel cum iuramento septem veracium suae condicionis virorum debet se expurgare, quod ipse non audierit ab aliquo hanc pacem esse iuratam; qui hoc non fecerit manum perdat. Si quis corruperit istam pacem, et aufugerit et latere voluerit donec ista pax transierit, si quandoque reversus fuerit, eandem penam paciatur, quam modo pati deberet. Si quis noluerit iurare dicens: nulli noceo, nec quisquam nocet mihi! et qui sciens corruptorem pacis paverit vel receperit vel tutatus fuerit, vel pro pecunia vel aliquo modo aufugere eum permiserit, eandem penam quam violator pacis subire debet. Si quis corruptor pacis aufugerit, dux vel comes vel advocatus, vel quilibet rector sub cuius regimine prius fuerat, praedia violatoris pacis auferat et obtineat tam diu, quam diu corruptor pacis vivat, et post corruptoris pacis mortem hereditatem heredes eius assequantur. Dominus autem a quo beneficia violator pacis obtinuit, beneficia auferat. Si corruptor pacis se in aliqua municione absconderit, ille in quo pax fuit corrupta, faciat apud populum proclamationem, et persequatur reum per unum diem et per noctem, et cum populo municionem obsideat per tres dies et per tres noctes; et si municio expugnari non potest infra tres dies, dux vel comes cum maioribus ad destruendum castellum advocetur. Si quis cum laqueis vel cum pedica, quam vulgo drûch dicimus, silvestria animalia, scilicet cervos, hinulos, capreas, capreolos, lepores et cetera ceperit, dominus suus omnia quae habet ei auferat, possessor vero terrae in qua fera capta fuerit, manum eidem vel dimidiam libram denariorum pro manu auferat. Excipiuntur advocatio ....

*) Herzberg-Fränkel a. a. O. S. 160 zweifelt, ob mit dieser Zeitbestimmung ein Jahr und ein Bruchteil oder zwei Jahre und ein Bruchteil gemeint sind.

XXIII. Nachtrag zu Heinrich III.

Das Schreiben an die Bamberger Kirche (Nr. IIIa) lässt es zweifelhaft, ob Clemens durch förmliche Wahl oder durch königliche Ernennung (eligere hat auch diese Bedeutung) auf den päpstlichen Stuhl erhoben worden ist. Jedoch der Brief des Bischofs Wazo von Lüttich an Heinrich III. (s. Gesta episcoporum Leodiensium Mon. Germ. S. S. VII, 189 ff.) macht die Ernennung durch den König zur Gewissheit. Dort heisst es also: Recogitet serenitas vestra, ne forte summi pontificis sedes depositi a quibus non oportuit ipsi divinitus sit reservata, cum is, quem vice eius ordinari iussistis, defunctus cessisse videatur eidem adhuc superstiti. — S. darüber Martens, die Besetzung des päpstlichen Stuhls unter den Kaisern Heinrich III. und Heinrich IV. S. 10—12; hier sind auch die Stimmen der zeitgenössischen Scriptores angeführt, welche Wazos Brief bestätigen.

Petrus Damiani über Heinrich III.

[P. Damiani, Opusc. VI. (Liber, qui appellatur Gratissimus) c. 36; bei Caietani, P. Damiani Opera Omnia, Paris 1743, III, 68.]*)

Praeterea dum venerabilis Papae**) gesta recolimus, consequenter ratio suadet, ut ad considerandum quoque magni huius Heinrici Regis insigne praeconium animum transferamus. Post Deum scilicet ipse nos ex insatiabilis ore draconis eripuit, ipse Simoniacae haereseos ut revera multiplicis hidrae omnia capita divinae virtutis mucrone truncavit. Qui videlicet ad Christi gloriam non immerito potest dicere: Quotquot ante me venerunt, fures fuerunt, et latrones. Nam usque ad sui tempus Imperii Sacerdotum falsitas[a] inexplebiles, ut ita fatear, Babilonico Beli praebebat impensas: at postquam hic auctore Deo, paternum obtinuit Principatum, draconteis mox faucibus offam pius iniecit, et sic immanem bestiam, quasi Daniel alter extinxit. Per picem namque, quae ardet et stringit, non immerito potest amor pecuniae designari. Qui videlicet sic in camino avari pectoris aestuat, ut ab impendendae misericordiae piaeque compassionis largitate constringat. Quid est igitur offam picis in draconis ora proiicere, nisi manifeste cum Petro dicere: „Pecunia tua tecum sit in perditionem.“ Quod profecto Princeps iste tunc veraciter protulit, cum Cathedras distrahentium columbas evertit, cum trapezitas expulit, cum in templo Dei fieri venale commercium recusavit. Nec illud etiam

a) Caietani hat falsitatis.

*) Ich habe dieses Kapitel aus den opuscula des Petrus Damiani aufgenommen, weil es die wichtigste Quelle bildet für die Frage nach den Befugnissen Heinrichs III. bei der Besetzung des päpstlichen Stuhles und überdies der ganz Liber gratissimus in Form eines Sendschreibens an den Erzbischof Peter von Ravenna gerichtet ist, also gewissermassen auch zu den Briefen gerechnet werden kann. Der Traktat ist im Jahre 1052 geschrieben und beschäftigt sich mit dem Nachweise, dass die von simonistischen Bischöfen Geweihten nicht mehr zu weihen seien. **) Leo IX.

ab hac significatione discrepare videtur, quod Daniel cum pice etiam adipem et pilos admiscuisse describitur. Quid enim per adipem nisi carnis accipimus voluptatem? Quid qer pilos, qui corporibus animalium extra sunt, nisi exterior substantia designatur?

Cum pice ergo Rex adipem pilosque commiscuit, et sic draconem rupit, quia Simoniacum virus omnino detestans, non solum avaritiae non succubuit, sed ad nullas carnis illecebras, vel exterioris lucri quaestum in dispensanda prorsus Ecclesiastica dignitate quaesivit, ut iam perempto dracone[a] de caelo proiecto, et in abysso per Angelum catena ligato (qui nimirum ante cum Michaele pugnaverat, qui tertiam stellarum partem post se traxerat) cum Isaia plausibiliter insultemus: „O Lucifer, qui mane oriebaris, quomodo cecidisti de caelo, corruisti in terram, qui vulnerabas gentes?" Usque ad huius sane tempus Augusti cuncta Canonum Decreta, quae super huiusmodi peste fuerant a Patribus edita, de multorum memoria longa iam videbantur oblivione deleta. Sed hic tamquam olim insignis ille Iosias, mox ut librum legis Domini reperit, vestimenta scidit, quia condoluit; aras subruit, idola abominanda deiecit, omnesque priorum Regum sacrilegas superstitiones evertit. Et quoniam ipse anteriorum tenere regulam noluit, ut aeterni Regis praecepta servaret, hoc sibi non ingrata divina dispensatio contulit, quod plerisque decessoribus suis eatenus non concessit: ut videlicet ad eius nutum sancta Romana Ecclesia nunc ordinetur, ac praeter eius auctoritatem Apostolicae Sedi nemo prorsus eligat Sacerdotem.*) Plane si David propter Philisthaei Goliath stragem Regis filiam in sponsalitium sibi foederare promeruit, quid mirum si et Imperator iste Sanctam Ecclesiam, quae nimirum summi Regis est filia, Simonis[b] haeresiarchae, qui veraciter exprobrat aciem Dei viventis, victor accepit?

---

a) Caietani, draconi. b) Caietani, Simoni.

*) Nach Martens, die Besetzung des päpstlichen Stuhls unter den Königen Heinrich III. u. Heinrich IV. S. 19 „sagt Damiani hier nicht, dass die Römer dem König oder Kaiser das Recht, Päpste zu ernennen, erteilt und dadurch ihr Wahlrecht eingebüsst hätten; er fasst nur die thatsächliche Gestaltung der Verhältnisse seit 1046 ins Auge und erblickt in derselben das Walten der göttlichen Vorsehung." Nach Martens haben einfach die Römer im Jahre 1046 Heinrich III. gebeten, einen Papst zu ernennen, ohne auf ihr uraltes Wahlrecht zu verzichten; diese Bitte von seiten der Römer u. die darauffolgende Nomination des Papstes von seiten des Kaisers hat sich dann dreimal wiederholt. Anders die Früheren, welche sämtlich aus dieser und den weiter unten anzuführenden Stellen auf die Uebertragung eines förmlichen Rechtes des Anteils an der Besetzung des päpstlichen Stuhles, von den Römern an den Kaiser, schliessen. Nur in der Definition des königlichen Rechtes gehen auch sie auseinander: nach Giesebrecht (Münchener histor. Jahrbuch Jahrg. 1866, S. 163) bestand das königliche Recht „in der Denomination des römischen Bischofs, welcher die Wahl, wenn

Atque ut David ex aliqua parte non immerito comparetur, ille aquam de cisterna Bethlehemitica, quae inter hostiles habebatur cuneos, concupivit; sed cum ab obsequentibus militibus fuisset oblata, bibere nolens, effudit. Unde mox scriptum est: „Libavit eam Domino." Si igitur in Dei sacrificium versa est aqua contempta, quam pretiosius Deo munus fuisse credendum est, pecunia recusata. Ille nimirum aquam fundendo libavit: iste nihilominus suave Deo sacrificium obtulit, dum non aquam, sed aurum pro eius amore contempsit. Et quia non defuerunt, qui regalibus Soliis praediti, commissum regimen administrare se posse diffiderent, si Ecclesiarum venalitatibus publica aeraria non augerent; ecce omnipotens Deus, in cuius manu est victoria triumphantium, sceptra regnantium, absque huius acquisitionis inhonestae stipendiis, fideli famulo suo plerasque nationes exteras subdidit, tyrannicam adversantium feritatem sub eius ditione perdomuit, superborumque hostium tumentium sibi colla substravit: Barbaras debellare per circuitum gentes et rebelles infideliter

---

sie überhaupt stattfand, nachfolgte", nach Zöpffel, die Papstwahlen in ihrer Entwicklung vom 11. bis 14. Iahrhundert S. 86 in der Befugnis des Kaisers, „von sich aus, nachdem er die Wünsche der Römer in Betreff der neuen Wahl von den Abgesandten derselben vernommen, definitiv zu entscheiden, wer den Stuhl Petri besteigen solle," nach Steindorff (Jahrb. d. d. R. unter Heinrich III. Bd. I, S. 316 und Excurs III, 6) darin, „bei der Papstwahl nicht blos die erste, sondern auch die entscheidende Stimme zu führen." Scheffer-Boichorst a. a. O. S. 99 u. 106 f. unterscheidet zwischen italienischer und deutscher Auffassung: diese meinen ihm „einfache Ernennung des Papstes durch den Kaiser", jene, voran Petrus Damiani im Liber gratissimus, kaiserliche Gutheissung des ihm vorgeschlagenen Kandidaten. — Ebenso haben diese Gelehrten, wie auch Gfrörer, Papst Gregorius VII. u. sein Zeitalter I, S. 69 u. andere, das besagte königliche Recht einmütig auf den Patriziat gegründet. Steinhoff, das Königtum und Kaisertum Heinrichs III. S. 43 hat zuerst zwischen Patriziat und Recht der Papstwahl unterschieden, ohne jedoch auf die Frage näher einzugehen. Erst Martens, Besetzung etc. S. 46 bis 60 hat, entsprechend seiner obigen Auffassung und gestützt auf Leo von Monte Casino, auf die Annales Romani und auf eine Stelle in der Disceptatio synodalis des Petrus Damiani, es mit aller Entschiedenheit unternommen, die Ansicht zu widerlegen, „dass der Patriziat des Kaisers Heinrich eine kirchliche oder kirchenpolitische Bedeutung gehabt, insbesondere ein auf die Besetzung des päpstlichen Stuhles bezügliches Recht verliehen hätte." Ihm ist der Patriziat nur „ein titulärer Appendix des Kaisertums ohne kirchlichen Rechtsinhalt", „ein Ehrentitel politischer Natur, mit welchem sich die Führung eines besonderen Abzeichens verband"; ihn haben die Römer Heinrich III. für seine Person übertragen, „um ihre Freude und Dankbarkeit auszudrücken." — Zugegeben, dass der Patriziat keine kirchenpolitische Bedeutung gehabt, berechtigen, ja zwingen uns die Ueberlieferungen nicht zu der Annahme, dass nach der Kaiserkrönung und nach der Uebertragung des Patriziats die Römer Heinrich III. noch überdies ein auf die Besetzung des päpstl. Stuhles bezügliches Recht verliehen haben? Vielleicht aus demselben Grunde, um ihre Freude und ihre Dankbarkeit auszudrücken?

subiectorum dedit calcare cervices. Ut liquido pateat, quia victoria de caelo est, et non probatur ex donativis pendere pecuniae, sed ex supernae gratiae descendere largitate.

Videtur itaque Imperator iste Constantino Caesari adversus Catholicae hostes Ecclesiae non supparem obtinuisse victoriam. Ille nimirum Arrianae sectae dogma Orthodoxae fidei armis attrivit; iste Simoniacae haereseos pestes avaritiam calcando delevit. Ille fidei propugnator obstitit, ne Arrius unitatem scinderet; hic concupiscentiae triumphator occurrit, ne Simon in Ecclesia pestilentiae cathedram possideret. Desudent alii triumphos Regum stylo Historiae texere, insignes bellorum titulos, et eorum fortia gesta praeconiis exquisitae laudis efferre; mihi videtur victoria ista, quam supra meminimus, longe nobilior et incomparabiliter gloriosior: ubi nimirum non humanus sanguis effunditur, non militum multitudo minuitur; sed omnis Ecclesia Catholica per Romani fines Imperii circumquaque diffusa de vinculis antiquae damnationis velut ex horrendo ac profundissimo carcere liberatur: ut per Augustum divinitus erepta, libera Deo possit voce cantare: „Dirupisti, inquiens, Domine, vincula mea, tibi sacrificabo Hostiam laudis."

Ich füge hieran das weitere Quellenmaterial, das für die fragliche Uebertragung eines die Besetzung des päpstlichen Stuhles betreffenden Rechtes an Heinrich III. sowie für den damit in Zusammenhang gebrachten Patriziat desselben in Betracht kommt:

Petri Damiani Disceptatio synodalis inter regis advocatum et Romanae ecclesiae defensorem, geschr. im Sommer 1062 (Caietani III, S. 27): pater domini mei regis piae memoriae Henricus imperator factus est Patricius Romanorum, a quibus etiam accepit in electione semper ordinandi pontificis principatum. (Diese Stelle ist von Bedeutung für die Frage, ob der Patriziat eine auf die Besetzung des päpstlichen Stuhles bezügliche Befugnis verliehen habe. Steindorf a. a. O. Excurs III, 6 hat dieselbe benützt zur Unterstützung seiner Ansicht von dem Rechtsinhalt dieser Befugnis, aber mit Unrecht, da das hier vom königlichen Anwalt hervorgehobene und von Petrus Damiani, dem Anwalt der Kirche, zugegebene königliche Vorrecht vom königlichen Anwalt selber identifiziert wird mit dem im Papstwahldekret von 1059 dem Könige zustehenden Rechte, das Papstwahldekret selber aber weder in der päpstlichen noch in der kaiserlichen Fassung eine königliche Befugnis im Sinne Steindorffs zulässt.)

Leo, Chron. mon. Casin. II, c. 77 (Mon. Germ. S. S. VII, 683): Ob huiusmodi igitur res tam utiliter tamque canonice gestas (d. h. wegen der Verdienste Heinrichs um die römische Kirche) Romani tunc temporis eidem Heinrico patriciatus honorem contribuunt, eumque praeter imperialem coronam aureo circulo uti decernunt.

Annales Romani (M. G. S. S. V, 469): Die nativitatis Domini nostri Iesu Christi ipse praenominatus rex a suo sancto benignoque pontifice coronatus est, tota Romana civitas omni gaudio repleta est, sanctaque denique Romana ecclesia exaltata et glorificata, quod tam magna haeresis per misericordiam Dei eradicata est. Itaque serenissimus princeps, cernens Romanorum omnium voluntatem, circulo (so verbessert Martens aus circulum), quo (verbessert M.

statt quod) ab antiquitus Romani coronabant patricios, quemque (schiebt M. ein) cum omnium voluntate (verbessert M. statt voluntatem) ei (schiebt M. ein) sicut imperatori decreverant, in capite posuit suo; et ordinationem pontificum ei concesserunt.

Benzo, Ad Heinricum (Mon. Germ. S. S. XI, 671): Inito proinde consilio, approbante sacra synodo, conlaudantibus senatoribus, ceterisque civibus Romanis, procerumque et populorum catervis ibi congregatis, decretum est ut rex Heinricus cum universis in monarchia imperii sibi succedentibus fieret patricius sicuti de Karolo factum legimus ... Indutus igitur rex viridissima clamide, desponsatur patriciali anulo, coronatur eiusdem prelaturae aureo circulo. Flexis deinde poplitibus rogatur ab universis ordinibus quo, adhibita discretione, tales secundum Deum eligat pontifices, quorum doctrina revocetur ad salutem languidus orbis.

Bonitho, Ad amicum (Jaffé, Bibliotheca II, 629 u. 630): Igitur postquam imperiali est rex auctus dignitate, calamitatibus reipublicae compatiens, civitatem a patritiorum liberavit tyrannide. Quod valde esset laudabile, nisi subsequens post macularet commissum. Nam rumoribus populi illectus — quibus credi non oportere maxima propositio est — tirannidem patritiatus arripuit; quasi aliqua esset in laicali ordine dignitas constituta, quae privilegii possideret plus imperatoria potestate. Set quid hac calamitate acerbius quidve crudelius, quam, qui paulo ante Tusculanos punierat pro tirannide, eisdem damnatis vellet esse consimilis. Quid namque est, quod mentem tanti viri ad tantum traxit delictum, nisi quod credidit: per patriciatus ordinem se Romanum posse ordinare pontificem. Set, proh dolor, ubi tot episcoporum prudentia, ubi tot iuris peritorum scientia, ut, quod non licuit dominis, crederent licere servis? Non licuit alicui imperatori, summa tenenti, in electione se alicuius Romani pontificis inserere; licebit homini sub potestate constituto? Set dicent: Legimus et magnum Karolum patritiatus nomine designatum. Quod si legerunt, quare non intellexerunt? Temporibus enim magni Karoli Constantinus et Irene Romanorum gubernabant imperium; et ideo excellentissimo regi Francorum quid amplius his temporibus conferri potuit, quam patrem Romanae urbis vel protectorem vocitari? Sic enim legitur: Karolus rex Francorum et Longobardorum et patritius Romanorum. Nunquam enim eum imperiali legimus auctum fuisse potestate. Set post eius obitum Ludowicus eius filius primus omnium regum, a Romano sanguine extraneorum, imperialem meruit benedictionem; et ideo, qui habuit summa, non quesivit infima. — Dem entsprechend lässt Bonitho pg. 636 Heinrich III. im Jahre 1055, bei der Erhebung Viktors II., sich auf Bitten Hildebrands des Patriziats entäussern: Qui, eius (Hildebrandi) salubri acquiescens consilio, tyrannidem patriciatus deposuit cleroque Romano et populo secundum antiqua privilegia electionem summi pontificatus concessit.

Sigebert v. Gembloux, Chronicon ad a. 1046 (Mon. Germ. S. S. VI, 358): ab eo (Clemente) rex Heinricus in imperatorem benedicitur, iurantibus Romanis, se sine eius consensu nunquam papam electuros.

Annales s. Benigni Divionis (M. G. S. S. VII, 237): Defuncto papa Clemente, Romani petierunt eum (sc. Halinard v. Lyon) ab imperatore. Hoc namque a Romanis imperator data pecunia non parva exegerat, ut sine eius permissu papa non eligeretur.

Druck der Dr. Wild'schen Buchdruckerei (Gebr. Parcus) München.

Monumenta Germaniae Selecta

ab anno 768 usque ad annum 1250.

Edidit Dr. M. Doeberl.

4. Bändchen:

Zeit Lothars III., Konrads III. und Friedrichs I.

München, 1890.
J. Lindauer'sche Buchhandlung
(Schöpping).

Druck der Dr. Wild'schen Buchdruckerei (Gebr. Parcus) München.

Vorwort.

Die günstige Aufnahme, welche das erste Heft meiner Quellensammlung gefunden, hat mich ermutigt, dieselbe nach einem etwas erweiterten Plane fortzusetzen. Einem mehrfach geäusserten Wunsche gemäss wurden vielen Urkunden einleitende Worte vorausgeschickt; um ferner für besonders wichtige Fragen das gesamte Quellenmaterial bieten zu können, wurden einzelnen Aktenstücken, wie z. B. nrr. XXXIX c, XL A, XLII, L, die einschlägigen Stellen aus den Scriptores teils angehängt, teils vorausgeschickt; regelmässig fanden die anderweitigen, wichtigeren Quellenstellen Aufnahme in den Anmerkungen. Ich habe mich nicht begnügt, die Literatur anzuführen, sondern habe auch die wichtigsten Ergebnisse, zum Teil den Gang der Beweisführung selbst daraus mitgeteilt. Mehreren Aktenstücken (nrr. XXXVI, XXXIX c, XL A, XLII) wurden längere Exkurse beigegeben. Diese Erweiterung, in Verbindung mit dem Reichtum der Hohenstaufenzeit an wichtigen Aktenstücken hat mich gezwungen, die Anzahl der auszugebenden Hefte um eines zu vermehren. Es wird mir vielleicht der Vorwurf des Zuviel nicht erspart bleiben; indes glaubte ich, durch die angedeutete Erweiterung meine Sammlung nutzbarer zu machen, vielleicht auch die Forschung selber etwas zu fördern.

Das nächsterscheinende Heft wird die Zeit Heinrichs VI., Philipps, Ottos IV. und Friedrichs II. umfassen.

München im Oktober 1890.

M. Doeberl.

Inhaltsverzeichnis.

1. Wahlausschreiben Juni — August 1125.
2. Naratio de electione Lotharii.
3. Zur zwiespältigen Papstwahl 1130:
   a) Bericht der Wähler Innocenz' II. an König Lothar, c. 11. Mai 1130.
   b) Bericht der Wähler Anaklets II. an König Lothar, 18. Mai 1130.
4. Anaklet II. verleiht Roger den Königstitel durch die Bulle vom 27. September 1130.
5. Ächtung Anaklets II. durch Lothar III. 1133.
6. Zur Kaiserkrönung Lothars III. 1133:
   a) Krönungseid Lothars, 4. Juni 1133.
   b) Privileg Innocenz' II. für Lothar III. betr. die Investitur der Bischöfe und Äbte, 8. Juni 1133.
   c) Privileg Innocenz' II. für Lothar III. betr. die mathildischen Allodien, 8. Juni 1133.
7. Brief Abt Bernhards v. Clairvaux an Lothar III. 1134.
8. Lothars III. Brief an Innocenz II. über die Aussöhnung mit den Staufern und den Halberstädter Bischofsstreit, Oktober 1135.
9. Lothars III. Lehensgesetz vom 6. November 1136. (Constitutio de feudorum distractione.)
10. Schreiben der auf dem Bamberger Reichstage versammelten Fürsten an den Erzbischof Konrad I. von Salzburg, Mai 1138.
11. Brief Abt Bernhards v. Clairvaux an Konrad III. 1140.
12. Schreiben Konrads III. an Kaiser Johannes Komnenus, 12. Februar 1142.
13. Schreiben Konrads III. an Kaiser Manuel I. 1145.
14. Erster Brief Abt Bernhards von Clairvaux an Papst Eugen III., Februar 1145.
15. Briefe Abt Bernhards v. Clairvaux an die Römer und an König Konrad III. für seinen Zögling Eugen III. 1145.
    a) Brief an die Römer.
    b) Brief an Konrad III.
16. Aufruf Papst Eugens III. zum Kreuzzuge, 1. Dezember 1145.
17. Manifest Abt Bernhards v. Clairvaux 1146.
18. Schreiben Konrads III. an Eugen III. über die Wahl seines Sohnes und seinen Entschluss zum Kreuzzuge, März 1147.
19. Aufruf Abt Bernhards v. Clairvaux zum Kreuzzuge wider die Wenden, März 1147.
20. Brief Abt Wibalds v. Korvei an Bischof Hermann von Konstanz, März 1150.
21. Brief Konrads III. an die Kaiserin Irene, April 1150.
22. Brief Abt Bernhards v. Clairvaux an Papst Eugen III., Mai 1150.
23. a) Schreiben Konrads III. an die Pisaner über seine Vorbereitungen zum Römerzuge, Ende September 1151.
    b) Schreiben Abt Wibalds v. Korvei an Kaiser Manuel I. über die Vorbereitungen zum Römerzuge, Oktober 1151.
24. Konrads III. Stellung zur Investiturfrage:
    a) Schreiben Abt Wibalds v. Korvei über die Fuldaer Abtwahl, Ende April 1150.
    b) Schreiben Konrads III. an Papst

Eugen III. über die Utrechter Bischofswahl, März 1151.
25. Zur Königswahl Friedrichs I., 4. März 1152:
a) Schreiben Friedrichs I. an Papst Eugen III., März 1152.
b) Begleitschreiben Abt Wibalds an Eugen III., März 1152.
c) Antwortschreiben Eugens III., 17. Mai 1152.
26. Zur Magdeburger Doppelwahl 1152:
a) Schreiben Eugens III. an das Domkapitel zu Magdeburg, 1. August 1152.
b) Schreiben Eugens III. an die deutschen Bischöfe, 17. August 1152.
27. Der Konstanzer Vertrag, 23. März 1153:
a) Vertragsentwurf.
b) Königliche Ausfertigung.
28. Friedrichs I. erstes Schreiben an Kaiser Manuel I., Sept. 1153.
29. Privileg Friedrichs I. an Heinrich d. Löwen, Anfang Juni 1154.
30. Friedrichs I. Lehensgesetz vom 5. Dezember 1154.
31. Constitutio Ducatus Austriae, 17. September 1156:
a) Das echte Privilegium Minus.
b) Das unechte Privilegium Maius.
32. Constitutio de pace tenenda et eius violatoribus, Sept. 1156.
33. Bericht Friedrichs I. an Otto v. Freising 1157.
34. Conventio Benventana, Juni 1156.
35. Der Zwischenfall von Besançon, Ende Oktober 1157:
animam dare debes. Si Christus te misit, aestimabis te non ministrari, sed ministrare venisse, et ministrare non solum substantiam, sed ipsam quoque animam, sicut praefatus sum. Verus successor Pauli dicet cum Paulo: Non quia dominamur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudii vestri (Cor. II, 1, 23). Petri haeres audiet Petrum dicentem: Neque ut dominantes clerum, sed forma facti gregis (Petr. I, 5, 3). Sic enim iam non ancilla, sed libera etiam et formosa speciosissimi sponsi per te in desideratos adsciscetur amplexus. Alioquin per quem alium haec tam debita libertas sperabitur, si et tu — quod absit — in Christi haereditate quaeras quae tua sunt, qui iam et ante didiceras, non dico tua non retinere, sed nec tuus esse?

Ergo fiduciam talem habens in te, qualem in nullo praedecessorum tuorum a multis retro temporibus visa est habuisse, exsultat merito ubique et gloriatur in Domino omnis Ecclesia sanctorum, sed specialiter illa, cuius uterus te portavit et cuius ubera tu suxisti.*) Quid ergo? Nonne et mihi licet gaudere cum gaudentibus? Nunquid non ero unus de numero laetantium? Exsultavi, fateor, sed cum tremore; exsultavi, sed in ipso exsultationis meae articulo timor et tremor venerunt super me. Ego enim etsi nomen patris deposui, sed non timorem, sed non anxietatem, postremo nec affectum, nec viscera patris. Considero gradum, et casum vereor; considero fastigium dignitatis, et intueor faciem abyssi iacentis deorsum. Attendo celsitudinem honoris, et e vicino periculum reformido, pro eo quod scriptum est: Homo cum in honore esset, non intellexit (Psalm XLVIII, 13, 21). Quod quidem ad causam magis, quam ad tempus arbitror esse referendum, ut sic intelligatur dictum: Cum in honore esset, non intellexit, ac si diceretur: Honor absorbuit intellectum.

Et quidem elegeras abiectus esse in domo Dei tui et recumbere in novissimo loco in convivio eius; sed placuit dicere ei, qui te invitavit: Amice, ascende superius (Luc. XIV, 10). Itaque ascendisti in altum; noli altum sapere, sed time, ne forte contingat sero miserabilem illam emittere vocem: A facie irae et indignationis tuae elevans allisisti me (Psalm CI, 11). Altiorem quippe locum sortitus es, sed non tutiorem; sublimiorem, non securiorem. Terribilis prorsus, terribilis est locus iste. Locus,

*) Eugen III. gehörte bekanntlich dem Cisterzienserorden an; er war anfangs Mönch in Clairvaux, später Abt in dem Kloster des hl. Anastasius bei Rom; wahrscheinlich Innocenz II. hat ihn zum Kardinal erhoben. Romoald (M. G. S. S. XIX, 424): Successit Bernardus natione Pisanus, prius monachus Clarevallensis et abbas sancti Anastasii, deinde presbyter cardinalis, qui Eugenius tercius est appellatus. Vgl. die obige Stelle aus der Vita Eugenii.

inquam, in quo stas, terra sancta est; locus Petri est, locus Principis Apostolorum, ubi steterunt pedes eius. Locus illius est, quem constituit Dominus dominum domus suae et principem omnis possessionis suae. Si forte declinaveris a via Domini, sepultus est in eodem loco, ut sit tibi contra te in testimonium. Merito tali pastori, tali nutritio commissa est Ecclesia, cum adhuc tenera, cum adhuc in cunabulis esset; cuius edocta magisterio et exemplo educata, omnia terrena calcaret; utpote qui excusserat manus suas ab omni munere, qui dicebat de corde suo et conscientia bona: Argentum et aurum non est mihi (Act. III, 6). Haec hactenus.

Caeterum causa, quare ante tempus scripserim vobis, haec est. Wintoniensis episcopus et Eboracensis archiepiscopus non gradiuntur uno spiritu cum Cantuariensi archiepiscopo,*) sed incedunt sibi ex adverso, et haec vetus est de legatione querela. Verumtamen quis est ille, et qui sunt illi? Nonne Eboracensis ipse est, cui te praesente, cum adhuc esses quasi unus ex nobis, fratres tui restiterunt in faciem, eo quod reprehensibilis erat? Sed speravit in multitudine divitiarum suarum et praevaluit in vanitate sua. Certum est tamen, quod non intravit per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde. Si pastor fuisset, diligendus erat; si mercenarius, tolerandus: nunc autem cavendus et repellendus, utpote fur et latro. Quid dicam de domino Wintoniensi? Opera, quae ipse facit, testimonium perhibent de eo. Porro archiepiscopus Cantuariensis, cui adversantur, vir religiosus est et suaveolentis opinionis. Pro ipso petimus, ut respondeat ei iustitia sua. Verum illorum iniquitas super eos, ut sit, sicut scriptum est: Iustitia iusti super eum erit, et impietas impii erit super eum (Ezech. XVIII, 20). Cum acceperis tempus, secundum opera manuum illorum retribues illis, ut sciant prophetam esse in Israel.

Quis mihi det, antequam moriar, videre Ecclesiam Dei sicut in diebus antiquis, quando apostoli laxabant retia in capturam, non in capturam argenti vel auri, sed in capturam animarum? Quam cupio illius te haereditare vocem, cuius adeptus es sedem! Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem (Acta VIII, 20). O vox tonitrui! O vox magnificentiae et virtutis! ad cuius terrorem confundantur et convertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion! Hoc vehementer exspectat et omnino expetit a te mater tua; hoc filii matris tuae, pusilli cum maioribus desiderant, hoc suspirant: ut omnis plan-

---

*) Vgl. ep. nr. 235. Gemeint sind die Bischöfe Heinrich v. Winchester, Wilhelm v. York und der Erzbischof Theobald v. Canterbury. Dem hl. Bernhard galt Wilhelm als Eindringling, als rechtmässiger Bischof ein Cisterzienserabt. Vgl. auch nr. 639 u. 640.

tatio, quam non plantavit Pater coelestis, tuis manibus eradicetur. Ad hoc enim constitutus es super gentes et regna, ut evellas et destruas, et aedifices et plantes. Multi audito hoc verbo dixerunt apud se: Iam securis ad radicem arborum posita est. Multi dicunt in corde suo: Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit, in quo sarmenta sterilia recidentur, ut ea, quae praevalent, uberius fructum afferant.

Confortare igitur et esto robustus, manus tuae in cervicibus inimicorum tuorum. Vindica tibi animi constantia et vigore spiritus partem, quam dedit extra fratres tuos tibi omnipotens Pater, quam et tulit de manu Amorrhaei in gladio et arcu suo. In omnibus tamen operibus tuis memento te esse hominem, et timor eius, qui aufert spiritum principum, semper sit ante oculos tuos. Quantorum in brevi Romanorum Pontificum mortes tuis oculis aspexisti! Ipsi te praedecessores tui tuae certissimae et citissimae decessionis admoneant, et modicum tempus dominationis eorum paucitatem dierum tuorum nuntiet tibi. Iugi proinde meditatione inter huius transeuntis gloriae blandimenta memorare novissima tua, quia, quibus successisti in sedem, ipsos sine dubio sequeris ad mortem.*)

XV. Schreiben Abt Bernhards v. Clairvaux an die Römer und an König Konrad III. für seinen Zögling Eugen III. 1145.**)

[Boso, Eugenii III. vita (Watterich II, 282): (Eugenius) praecognito senatorum perverso consilio, quod eius electionem violenter retractare disposuerant, nisi eorum voluntati faveret et usurpatum senatum eis auctoritate Apostolica confirmaret, in silentio noctis Urbem cum paucis fratribus exiit. Otto Fris. Chron. VII, 31: At Romanus populus cum patricio suo Jordane in furorem versus praefecturae dignitatem abolentes, omnes principes ac nobiles ex civibus ad subiectionem patricii compellunt, et non solum quorundam illustrium laicorum turres, sed et cardinalium et clericorum domus subruentes, praedam immensam diripiunt.]

a) Schreiben an die Römer.

(Migne, Patrol. Curs. T. 182, nr. 243.)

Nobilibus et optimatibus atque universo populo Romano, frater Bernardus Clarae-Vallis vocatus abbas, declinare a malo et facere quod bonum est.

---

*) Ich füge hieran die Einleitung zum nächsten Briefe an Eugen III. (nr. 239): „Importunus sum, sed habeo excusationem: Eugenii apostolatus excusat me. Aiunt non vos esse Papam, sed me; et undique ad me confluunt, qui habent negotia."

**) Sowohl Giesebrecht IV, 226 Anm. als Bernhardi a. a. O. S. 459 beziehen unsere Briefe auf die erste Flucht Eugens III., verlegen sie also

Sermo mihi est ad te, popule sublimis et illustris, cum sim vilis exiguaque persona ac nullius pene momenti homuncio. Id quidem verecundum atque onerosum mihi consideranti, quis, quibus scribam, simulque quam aliter hoc alius iudicare possit. Sed levius reor verecundia apud homines periclitari, quam condemnari apud Deum silentio, veri taciturnitate et absconsione iustitiae. Ipse enim dicit: Annuntia populo meo scelera eorum (Isa. LVIII, 1). Erit mihi etiam in testimonium ante faciem Domini, si dicere potero: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi (Psalm XXXIX, 11). Pro huiusmodi sane non vereor, quamvis verecundia reluctante, pro mea ignobilitate scribere de longinquo ad populum gloriosum atque his litteris transmontanis sui ipsorum periculi atque peccati commonere Romanos, si forte audiant et quiescant. Quis scit, si convertantur ad precem pauperis, qui non cedunt potentium minis, non omni armaturae fortium? Nonne quondam in Babylone ad vocem pueri iunioris unius omnis ille populus, qui a sensibus iniquis iudicibus seductus fuerat, reversus est ad iudicium, et sic servatus est sanguis innoxius in die illa? Ita nunc quoque, etsi adulescentulus sum ego et contemptus (adulescentulus dico, non annorum paucitate, sed meritorum), potens est tamen Deus dare etiam voci meae vocem virtutis, per quam fiat, ut et is populus, quem nihilominus constat esse seductum, ad iudicium revertatur. Mea ergo defensio ad eos, qui mihi hinc forte succensendum indignandumve putaverint, haec sit.

Si neque hoc satis est, etiam istud adiicio. Communis est causa, et non est distinctio pusilli et magni. Dolor nempe in capite est, ac per hoc minime alienus ne a minimis quidem vel extremis quibusque corporis partibus. Nec a me ergo. Pervenit profecto usque ad me, quamvis omnium minimum, dolor maximus iste, quia maximus est et quia, cum sit capitis, non potest non esse et corporis, cuius membrum sum ego. Numquid non dolente capite clamat lingua pro omnibus corporis membris, in capite se dolere et omnia per ipsum suum caput, suumque capitis fatentur incommodum? Dimittite proinde, quaeso dimittite, ut plangam paululum apud vos dolorem meum, nec meum tantum, sed et totius Ecclesiae. Nonne ipsius vox est hodie per universum mundum: Caput meum doleo, caput meum doleo? Quis namque vel novissimus Christianorum in toto sit orbe, qui

---

ins J. 1145, während Migne das J. 1146 annimmt. Eugen III. floh in der Nacht vom 16./17. Februar u. kehrte am 23. Dez. nach Rom zurück; in die Zwischenzeit fallen unsere Briefe. Das Schreiben an den König ist vielleicht gleichzeitig mit der päpstl. Gesandtschaft, Juli 1145.

non glorietur hoc capite, quod ambo illi gloriosi principes terrae, alter amisso, alter submisso in cruce capite, suo triumpho extulerunt, suo sanguine ornaverunt? Ad omnem itaque spectat Christianum iniuria Apostolorum, et sicut in omnem terram exivit sonus eorum, sic laesio eorundem ab omnibus usquequaque sentitur, usquequaque plangitur et doletur.

Quid vobis visum est, o Romani, offendere principes mundi, vestros autem speciales patronos? Cur Regem terrae, cur Dominum coeli furore tam intolerabili quam irrationabili in vos pariter provocatis, dum sacram et apostolicam sedem, divinis regalibusque privilegiis singulariter sublimatam, ausu sacrilego incessere suoque minuere honore contenditis, quam vel soli contra omnes, si oportuisset, defendere debuistis? Sic, fatui Romani, non iudicantes neque quod honestum est discernentes, caput vestrum atque omnium, quod in vobis est, deturbatis, pro quo magis nec vestris ipsis cervicibus parcendum a vobis foret, si necessitas exegisset? Patres vestri Urbi orbem subiugaverunt; vos Urbem properatis orbi facere fabulam. En Petri haeres Petri sede et urbe a vobis expulsus est, en rebus et domibus suis vestris manibus spoliati sunt cardinales atque episcopi, ministri Domini. O popule stulte et insipiens, o columba seducta non habens cor! Nonne ille caput, et illi oculi tui erant? Quid ergo nunc Roma, nisi sine capite truncum corpus, sine oculis frons effossa, facies tenebrosa? Aperi, gens misera, aperi oculos tuos et vide desolationem tuam iamiamque imminentem. Quomodo in brevi mutatus est color optimus, facta est quasi vidua domina gentium, princeps provinciarum? (Thren. IV, 1 u. I, 1.)

Verum initia malorum sunt haec; graviora timemus. Numquid non prope interitum es, si persistis? Revertere, revertere, Sunamitis, revertere ad cor tuum, agnosce iam vel sero, quae, quanta, a quibus patiaris vel passa sis. Recordare, qua causa, quo fine, per quos et in quos usus non longe ante hos dies cunctarum, quae in te sunt, ecclesiarum omnis ornatus et census profligatus est. Quidquid in altaribus et in altarium vasis, quidquid in ipsis sacris imaginibus auri et argenti reperiri tunc potuit, manibus impiorum direptum et asportatum est. Quid ex his omnibus tu in tuis nunc marsupiis invenis? Porro decor domus Domini irrecuperabiliter periit. Et nunc quid tibi visum est iterare malitiam, innovare denuo super te dies malos? Quid modo vel lucri amplioris vel certioris spei arridet tibi? Nisi quod in eo novissima tua cernuntur incautiora prioribus, quod tunc quidem non solum multi de plebe, sed etiam de clero et de principibus nonnulli per orbem in schismate illo

faverunt tibi*); nunc vero sicut manus tuae contra omnes, sic manus omnium contra te. Mundus est a sanguine tuo mundus omnis, praeter te solam et filios tuos, qui in te sunt. Vae ergo nunc tibi, popule miserande, et vae duplo quam ante, non ab exteris nationibus, non a feritate barbarorum, non a millibus armatorum. Vae tantum a facie tuorum tibi; vae a domesticis et amicis, a clade intestina, a cruciatu praecordiorum, a tortionibus viscerum!

Agnoscisne iam, quia non omnes pacifici qui domestici, nec omnes amici qui videntur? Et si alias noveramus, sed nunc per te manifestius edocemur omnem veritatem illius sermonis Domini, quem dixit: Quoniam inimici hominis domestici eius (Matth. X, 36). Vae fratri a fratre in medio tui et filiis a parentibus! Vae non a gladiis, sed a labiis iniquis et a lingua dolosa! Usquequo male in malo vos alterutrum confortatis et gladiis labiorum invicem sternitis, invicem perditis, ut ab invicem consumamini? Congregamini, oves dispersae, redite ad pascua, redite ad Pastorem et Episcopum animarum vestrarum. Redite, praevaricatores, ad cor. Quod loquor, non quasi hostis convicians, sed quasi amicus obiurgans. Habet vera amicitia nonnunquam obiurgationem, adulationem nunquam.

Sed iungimus et obsecrationem. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, reconciliamini principibus vestris, Petrum loquor et Paulum, quos utique in vicario et successore suo Eugenio suis sedibus et aedibus effugastis. Reconciliamini, inquam, orbis principibus, ne forte incipiat pro eis pugnare orbis terrae contra insensatos. An nescitis, quia his offensis nihil omnino valetis, his propitiis nihil omnino timetis? Non, inquam, non timebis sub horum tutela millia populi circumdantis te, urbs inclyta, civitas fortium. Reconciliare proinde illis, simul et millibus martyrum, qui quidem apud te, sed contra te sunt propter grande peccatum, quod peccasti, in quo et persistis. Reconciliare etiam omni Ecclesiae sanctorum, qui ubique terrarum audito hoc verbo scandalizati sunt. Alioquin pagina ista contra te in testimonium erit; sed et ipsi Apostoli et martyres tui stabunt in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt et qui abstulerunt labores eorum. Sed iam finem loquendi omnes pariter audiamus. Annuntiavi iustitiam, praenuntiavi periculum, veritatem non tacui, hortatus sum ad meliora; superest, ut aut de vestra citius correctione laetemur aut, de iusta imminenti damnatione certi, inconsolabiliter lugeamus, arescentes et tabescentes prae timore et exspectatione, quae supervenient universae urbi.

---

*) bezieht sich auf das Schisma vom J. 1130. (Nach Bernhardi, der clero gesperrt druckt, müsste hier eine Andeutung auf Arnold von Brescia sich finden, wenn dieser Brief später als 1145 geschrieben wäre.)

b) Schreiben an Konrad III.*)

(Migne, Patrol. Curs. T. 182, nr. 244.)

Nec dulcius, nec amicabilius, sed nec arctius omnino regnum sacerdotiumque coniungi seu complantari in invicem potuerunt, quam ut in persona Domini ambo haec pariter convenirent: utpote qui factus est nobis ex utraque tribu secundum carnem summus et Sacerdos et Rex. Non solum autem, sed et commiscuit ea nihilominus ac confoederavit in suo corpore, quod est populus christianus, ipse caput illius: ita ut hoc genus hominum apostolica voce genus electum, regale sacerdotium appelletur (Petr. I, 2, 9). In alia quoque scriptura quotquot sunt praedestinati ad vitam, nonne omnes reges et sacerdotes nominantur (Apoc. I, 6; V, 10)? Ergo quae Deus coniunxit, homo non separet. Magis autem, quod divina sanxit auctoritas, humana studeat adimplere voluntas; et iungant se animis, qui iuncti sunt institutis. Invicem se foveant, invicem se defendant, invicem onera sua portent. Ait Sapiens: Frater adiuvans fratrem, ambo consolabuntur (Prov. XVIII, 19). Quod si alterutrum se — quod absit — corroserint et memorderint, nonne ambo desolabuntur? Non veniat anima mea in consilium eorum, qui dicunt, vel imperio pacem et libertatem Ecclesiarum, vel Ecclesiis prosperitatem et exaltationem imperii nocituram. Non enim utriusque institutor Deus in destructionem ea connexuit, sed in aedificationem.**)

Si hoc scitis, quousque vos communem contumeliam, communem dissimulatis iniuriam? Nonne ut Apostolica Sedes, ita et Caput imperii Roma est? Ut ergo de Ecclesia taceam, num honor Regi est truncum in manibus tenere imperium?***) Et quidem ignoro, quid vobis super hoc consulant sapientes vestri et principes regni; sed ego, in insipientia mea loquens, quod sentio non tacebo. Ecclesia Dei ab exortu sui usque ad haec tempora pluries tribulata est et pluries liberata est. Denique audite, quid ipsa de se loquatur in Psalmo. Ipsius enim vox est: Saepe expugnaverunt me a iuventute mea; etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam (Psalm CXXVIII, 2, 3). Certus esto, o Rex, quoniam nec nunc quoque relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Non est abbreviata manus Domini nec facta impotens ad salvandum. Liberabit et hoc tempore absque dubio sponsam suam, qui suo sanguine redemit eam, suo spiritu

*) Vgl. die Exposition dieses Briefes bei Bernhardi 460 f. **) Vgl. mit dieser Auffassung v. Kaisertum u. Papsttum nr. XVII. ***) Derselbe Vergleich findet sich im vorausgehenden Schreiben. Wofür ist diese Übereinstimmung beweiskräftig?

dotavit, donis coelestibus exornavit, ditavit nihilominus et terrenis. Liberabit, inquam, liberabit; sed si in manu alterius, viderint regni principes, idne honor Regis regnive utilitas sit. Non est utique.

Quamobrem accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime, et restituat sibi Caesar quae Caesaris sunt, et quae sunt Dei Deo. Utrumque inter esse Caesaris constat, et propriam tueri coronam et Ecclesiam defensare. Alterum regi, alterum convenit Ecclesiae advocato. Victoria, sicut in Domino confidimus, prae manibus est. Superbia et arrogantia Romanorum plus quam fortitudo eorum. Quid enim? Numquid quispiam magnus vel potens, verbi gratia imperator aut rex, foedam rem istam in imperium pariter sacerdotiumque praesumit? Sed populus hic maledictus et tumultuosus*), qui suas nescit metiri vires, cogitare finem, considerare proventum, in insipientia sua et in furore suo ausus est hoc grande sacrilegium attentare. Absit, ut vel ad momentum stare possit ante faciem Regis popularis manus, vulgi temeritas. Factus sum insipiens, qui, cum sim vilis ignobilisque persona, tamquam aliquis magnus consiliis tantae magnitudinis tantaeque sapientiae me ingessi et de re magna. At quo ignobilior atque abiectior, tanto liberior sum ad loquendum quod charitas suggerit. Unde et adhuc addo in eadem insipientia mea: Si quis aliud, quam locutus sum vobis — quod non credimus — suadere conabitur, is profecto aut non diligit Regem aut parum intelligit, quid regiam deceat maiestatem; aut certe quae sua sunt quaerit, et non valde quae vel Dei vel Regis sunt curare convincitur.

XVI. Aufruf Papst Eugens III. zum Kreuzzuge, 1. Dez. 1145.**)

(Otto Fris. Gesta I, c. 36; Jaffé, Reg. Pont. nr. 6177.)

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Christo filio Lodewico illustri et glorioso Francorum regi et dilectis filiis principibus et universis Dei fidelibus per Galliam constitutis[a] sa-

a) Die Ausfertigung nr. 2 (Boczek, Cod. Moraviae I, 241) hat die Überschrift: „universis Dei fidelibus per Galliam constitutis." Beide Überschriften sind kanzleimässig; zu der von nr. 1 vgl. Jaffé, Reg. Pont. nr. 6248, zu der von nr. 2 Jaffé nr. 6323.

*) Vgl. mit dieser Auslassung die einleitenden Worte im Schreiben an die Römer.

**) Über den zweiten Kreuzzug vgl. Wilken, Gesch. der Kreuzzüge II; Weil, Gesch. der Chalifen III; Sybel, Über den zweiten Kreuzzug, Kleine Schriften I, 411 ff. Über unser Schreiben vgl. Kugler, Studien z. Gesch. d. zweiten Kreuzzugs S. 1 ff.; Analekten S. 24 ff.; Giesebrecht IV, 247 Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 516 f., 519 (Anm. 38); Neumann, Bernhard v. Clairvaux u. die Anfänge d. zweiten Kreuzz.; Kugler, Neue Analekten (Tübinger

lutem et apostolicam benedictionem. Quantum predecessores nostri Romani pontifices pro liberatione orientalis aecclesiae laboraverint, antiquorum relatione didicimus et in gestis eorum scriptum repperimus. Predecessor etenim noster felicis memoriae papa Urbanus tamquam tuba caelestis intonuit et ad ipsius deliberationem sanctae Romanae aecclesiae filios de diversis mundi partibus sollicitare curavit. Ad ipsius siquidem vocem ultramontani et precipue Francorum regni fortissimi et strennui bellatores et illi etiam de Italia[a] caritatis ardore succensi convenerunt, et maximo congregato exercitu, non sine magna proprii sanguinis effusione, divino eos auxilio comitante, civitatem illam, in qua Salvator noster pro nobis pati voluit et gloriosum ipsius sepulchrum passionis suae nobis memoriale dimisit, et quam plures alias, quas prolixitatem vitantes memorare supersedimus, a paganorum spurcicia liberarunt.

Quae per gratiam Dei et patrum vestrorum[b] studium, qui per intervalla temporum eas defendere et christianum nomen in partibus illis dilatare pro viribus studuerunt, usque ad nostra tempora a christianis detentae sunt, et aliae urbes infidelium ab

Programm); Pflugk-Hartung, Über mittelalterliche Briefe, insbes. über zwei Kreuzzugsbreven Eugens III. (Forschungen XXIV, 200 ff.). — Der Aufruf liegt in zwei Ausfertigungen mit verschiedenen Datierungen vor; die eine, die ich in den Text gesetzt habe u. die sich bei Otto Fris., Gesta I, c. 36 (Neue Schulausgabe v. Waitz) findet u. bei Jaffé, Reg. Pont. nr. 6177 registriert wird, ist datiert Vetralle, Kal. Dec.; die andere, welche bei Boczek, Cod. Moraviae I, S. 241 gedruckt ist u. bei Jaffé nr. 6218 registriert wird, ist datiert: Transtiberim, Kal. Mart. (Die Adressen s. im Text u. unter Note a.) Die Jahresangabe fehlt bei beiden; nach dem Itinerar des Papstes Eugen III. kann die erste nur in das J. 1145, die zweite nur in das J. 1146 fallen. Es frägt sich nun: sind beide Ausfertigungen echt oder nur eine u. welche? Von der Entscheidung dieser Frage hängt zugleich das Urteil darüber ab, wer der Urheber des zweiten Kreuzzugs gewesen, ob der Papst oder der König Ludwig VII. v. Frankreich. Giesebrecht u. Bernhardi halten beide Ausfertigungen für echt, betrachten die erste Ausfertigung als unzweifelhaft am 1. Dez. 1145, also vor dem Hoftag von Bourges (Weihnachten 1145) abgefasst und versendet und den Papst als den unzweifelhaften Urheber des zweiten Kreuzzugs. Neumann hat nachweisen wollen, dass das Datum vom 1. März 1146 das ursprüngliche u. einzig richtige sei. Diesem und zugleich Bernhardi gegenüber hat Kugler, der in seinen Studien die erste Ausfertigung ins Frühjahr 1146 gesetzt, in seinen Analekten aber eine vermittelnde Ansicht aufgestellt hatte, in den neuen Analekten diese seine vermittelnde Ansicht neuerdings aufrecht zu erhalten gesucht, dass nämlich der Aufruf allerdings erst nach dem 1. März 1146 in weiteren Kreisen bekannt geworden, dass er aber vielleicht schon am 1. Dez. 1145 entworfen worden sei. Zuletzt hat darüber Pflugk-Hartung gehandelt; nach einer diplomatischen Untersuchung über die beiden Ausfertigungen kommt er zu dem Schlussergebnis, dass beide Briefe echt sind, dass sie als Originalausfertigungen die Kanzlei verliessen. „Die Ausgabe gleichlautender Briefe oder solcher mit geringen Abweichungen zu gleichen u. zu verschiedenen Zeiten ist eine in der päpstl. Kanzlei häufige Thatsache.“

a) de Italia fehlt nr. 2. b) nr. 2 hat nostrorum (Schreibfehler!)

ipsis viriliter expugnatae. Nunc autem nostris et ipsius populi peccatis exigentibus, quod sine magno dolore et gemitu proferre non possumus, Edissa civitas, quae nostra lingua Rohais dicitur, quae etiam, ut fertur, cum quondam in Oriente tota terra a paganis detineretur, ipsa sola sub christianorum potestate Domino serviebat, ab inimicis crucis Christi capta est, et multa christianorum castella ab ipsis occupata. Ipsius quoque civitatis archiepiscopus cum clericis suis et multi alii christiani ibidem interfecti sunt, et sanctorum reliquiae in infidelium conculcationem datae sunt et dispersae. In quo quantum aecclesiae Dei et toti christianitati periculum immineat, et nos cognoscimus et prudentiam vestram latere non credimus. Maximum namque nobilitatis et probitatis indicium fore cognoscitur, si ea quae patrum strennuitas acquisivit a vobis[a] filiis strennue defendantur. Verumtamen, si, quod absit, secus contigerit, patrum fortitudo in filiis imminuta probatur.

Universitatem itaque vestram in Domino commonemus, rogamus atque precipimus et in peccatorum remissionem iniungimus, ut qui Dei sunt, et maxime potentiores et nobiles, viriliter accingantur, et infidelium multitudini, quae se tempus victoriae super nos adeptam[b] laetatur, sic occurrere et aecclesiam orientalem, tanta patrum vestrorum, ut prediximus, sanguinis effusione ab eorum tyrannide liberatam, ita defendere et multa captivorum milia confratrum vestrorum[a] de ipsorum manibus eripere studeatis, ut christiani nominis dignitas vestro tempore augeatur, et vestra fortitudo, quae per universum mundum laudatur, integra et illibata servetur. Sit vobis etiam in exemplum bonus ille Mathatias, qui pro paternis legibus conservandis se ipsum cum filiis et parentibus suis morti exponere et quidquid in mundo possidebat relinquere nullatenus dubitavit; atque tandem, divino cooperante auxilio, per multos tamen labores, tam ipse quam sua progenies de inimicis viriliter triumphavit.

Nos autem vestrorum quieti et eiusdem aecclesiae destitutioni paterna sollicitudine providentes, illis, qui tam sanctum tamque pernecessarium opus et laborem devotionis intuitu suscipere et perficere decreverint, illam peccatorum remissionem, quam prefatus predecessor noster papa Urbanus instituit, auctoritate nobis a Deo concessa concedimus et confirmamus, atque uxores et filios eorum, bona quoque et possessiones sub sanctae aecclesiae, nostra etiam et archiepiscoporum, episcoporum et aliorum prelatorum aecclesiae Dei protectione manere decernimus. Auctoritate

---

a) Ich ziehe im Gegensatze zu Waitz, der nobis u. nostrorum schreibt, die Lesearten vobis u. vestrorum vor. b) nr. 2: que fere semper victoria super nos adepta; so hat wohl auch die Originalausfertigung v. nr. 1 gelautet.

etiam apostolica prohibemus, ut de omnibus, quae, cum crucem[a] acceperint, quiete possederint, nulla deinceps questio moveatur, donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur. Preterea, quoniam illi qui Domino militant nequaquam in vestibus preciosis nec cultu formae nec canibus vel accipitribus vel aliis quae portendant lasciviam debent intendere, prudentiam vestram in Domino commonemus, ut, qui tam sanctum opus incipere decreverint,[b] ad haec non intendant, sed in armis, equis et caeteris, quibus infideles expugnent, totis viribus studium et diligentiam adhibeant. Quicumque vero aere premuntur alieno et tam sanctum iter puro corde inceperint, de preterito usuras non solvant, et si ipsi vel alii pro eis occasione usurarum astricti sunt sacramento vel fide, apostolica eos auctoritate absolvimus. Liceat eis etiam terras sive caeteras possessiones suas, postquam commoniti propinqui sive domini, ad quorum feudum pertinent, pecuniam commodare aut noluerint aut non valuerint, aecclesiis vel personis aecclesiasticis vel aliis quoque fidelibus libere sine ulla reclamatione inpignerare. Peccatorum remissionem et absolutionem iuxta prefati predecessoris nostri institutionem omnipotentis Dei et beati Petri apostolorum principis auctoritate nobis a Deo concessa talem concedimus, ut, qui tam sanctum iter devote inceperit et perfecerit sive ibidem mortuus fuerit, de omnibus peccatis suis, quibus corde contrito et humiliato confessionem susceperit, absolutionem obtineat et sempiternae retributionis fructum ab omnium Remuneratore percipiat. Data Vetralle, Kal. Decembris.

XVII. Manifest Abt Bernhards v. Clairvaux 1146.

(Migne, Patrol. Curs. T. 182, nr. 363.)*)

[Vita Bernardi III, 4: Apostolicis etiam litteris monitus, nec sic acquievit super hoc loqui, . . . donec per ipsius tandem summi pontificis generalem epistolam iussus ab eo est, tamquam Romanae ecclesiae lingua exponere populis atque principibus; cuius epistolae tenor fuit, ut in poenitentiam et remissionem peccatorum iter arriperent, aut liberaturi fratres aut suas pro illis animas posituri. Die hier erwähnten Briefe Eugens an Bernhard sind verloren gegangen.]

Domino et patri karissimo episcopo Spirensi et universo clero et populo Bernardus Clarae Vallensis vocatus abbas, in spiritu fortitudinis abundare.

---

a) nr. 2: que illi, qui crucem. b) nr. 2 lautet von decreverint bis armis ausführlicher: decreverint, nullatenus in vestibus variis aut grisiis, sive in armis aureis vel argenteis intendant, sed in talibus armis.

*) Vgl. über dieses Rundschreiben Kugler, Studien z. Gesch. d. zweiten

Sermo mihi ad vos de negotio Christi, in quo est utique salus nostra. Haec dico, ut excuset indignitatem personae loquentis auctoritas Domini; excuset et consideratio propriae utilitatis. Modicus quidem sum, sed non modicum cupio vos omnes in visceribus Iesu Christi. Ea nunc mihi ratio scribendi ad vos, ea causa, ut universitatem vestram litteris audeam convenire. Agerem id libentius viva voce, si, ut voluntas non deest, suppeteret facultas. Ecce nunc, fratres, acceptabile tempus, ecce nunc dies copiosae salutis. Commota est siquidem et contremuit terra, quia coepit Deus coeli perdere terram suam. Suam, inquam, in qua est Verbum Patris sui docere visus et annis plus quam triginta homo cum hominibus conversatus; suam utique, quam illustravit miraculis, quam dedicavit sanguine proprio, in qua primi resurrectionis flores apparuerunt. Et nunc peccatis nostris exigentibus, crucis adversarii caput extulerunt sacrilegum, depopulantes in ore gladii terram promissionis. Prope enim est, si non fuerit qui resistat, ut in ipsam Dei viventis irruant civitatem, ut officinas nostrae redemptionis evertant, ut polluant loca sancta, Agni immaculati purpurata cruore. Ad ipsum — proh dolor! — religionis Christianae sacrarium inhiant ore sacrilego lectumque ipsum invadere et conculcare conantur, in quo propter nos Vita nostra obdormivit in morte.

Quid facitis, viri fortes? Quid facitis, servi crucis? Itane dabitis sanctum canibus et margaritas porcis? Quam multi illic

---

Kreuzzugs S. 3 ff., Analekten S. 9 ff.; Giesebrecht IV, 251 u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 524; Neumann, Bernhard v. Clairvaux u. die Anfänge des zweiten Kreuzzuges S. 29 ff.; Kugler, Neue Analekten S. 9 ff.; Vacandard, Saint Bernard et la seconde croisade. — Das Manifest trägt in den handschriftlichen Sammlungen der Briefe Bernhards die obige Adresse an die Speierer; bei Otto v. Freising, der Gesta I, c. 43 (Neue Schulausgabe v. Waitz) die wichtigsten Stellen aufnimmt, ist es gerichtet „Dominis et patribus karissimis, archiepiscopis, episcopis et universo clero et populo orientalis Franciae et Baioariae.“ Das Schreiben wurde eben in verschiedenen Exemplaren an verschiedene Adressen versendet. Mabillon hat die bei Otto v. F. sich findende Überschrift in seine Edition aufgenommen; ich folge wie im Texte, so auch in der Überschrift der Überlieferung in den handschriftlichen Sammlungen der Briefe Bernhards. — Giesebrecht, Bernhardi u. Neumann vertreten die Ansicht, dass das Schreiben an die Speierer erheblich vor dem Reichstag v. Speier (Dez. 1146) abgefasst und versandt worden sei; Neumann ist überdies der Meinung, dass das Rundschreiben gleichzeitig mit dem an die Speierer adressierten Exemplare noch in anderen Exemplaren verschickt worden sei. Dem gegenüber hält Kugler noch immer an der Ansicht fest, dass das Schreiben an die Speierer kurz vor dem Reichstage zu Speier, etwa Ende November 1146, abgefasst worden, dass es zugleich das früheste, das ursprüngliche Exemplar sei und die anderen uns erhaltenen oder anderweitig bezeugten Exemplare erst später, bei besonderen Veranlassungen und immer unter Umarbeitung des ursprünglichen versendet worden seien.

peccatores, confitentes peccata sua cum lacrymis, veniam obtinuerunt, postquam patrum gladiis eliminata est spurcitia Paganorum! Videt hoc[a] malignus et invidet, frendet dentibus et tabescit. Excitat vasa iniquitatis suae, nec ulla quidem tanta pietatis signa aut vestigia relicturus, si quando forte — quod Deus avertat! — obtinere valuerit illa sancta sanctorum. Verum id quidem omnibus deinceps saeculis inconsolabilis dolor, quia irrecuperabile damnum, specialiter autem generationi huic impiissimae infinita confusio et opprobrium sempiternum.

Quid tamen arbitramur, fratres? Nunquid abbreviata manus Domini aut impotens facta est ad salvandum, quod ad tuendum et restituendum sibi haereditatem suam exiguos vermiculos vocat? Nunquid non potest mittere Angelorum plus quam duodecim legiones aut certe dicere verbo, et liberabitur terra? Omnino subest ei, cum voluerit, posse; sed, dico vobis, tentat vos Dominus Deus vester. Respicit filios hominum, si forte sit, qui intelligat et requirat et doleat vicem eius. Miseratur enim Dominus populum suum et lapsis graviter providet remedium salutare.

Considerate, quanto ad salvandos vos artificio utitur, et obstupescite; intuemini pietatis eius abyssum et confidite, peccatores. Non vult mortem vestram, sed ut convertamini et vivatis, quia sic quaerit occasionem, non adversum vos, sed pro vobis. Quid est enim nisi exquisita prorsus et inventibilis soli Deo occasio salvationis, quod homicidas, raptores, adulteros, periuros caeterisque obligatos criminibus, quasi gentem quae iustitiam fecerit, de servitio suo submonere dignatur Omnipotens? Nolite diffidere, peccatores; benignus est Dominus. Si vellet punire vos, servitium vestrum non modo non expeteret, sed nec susciperet quidem oblatum. Iterum dico, pensate divitias bonitatis Dei altissimi, consilium miserationis attendite. Necessitatem se habere aut facit aut simulat, dum vestris cupit necessitatibus subvenire. Teneri vult debitor, ut militantibus sibi stipendia reddat, indulgentiam delictorum et gloriam sempiternam. Beatam ergo dixerim generationem, quam oprehendit tam uber indulgentiae tempus, quam invenit superstitem annus iste placabilis Domino et vere iubilaeus. Diffunditur enim haec benedictio in universum mundum, et ad signum vitae certatim convolant universi.

Quia ergo fecunda est virorum fortium terra vestra et robusta noscitur iuventute referta, sicut laus est vestra in universo mundo et virtutis vestrae fama replevit universum orbem, accingimini et vos viriliter et felicia arma accipite Christiani nominis

---

a) Die Vorlage hat homo; ich habe nach der gleichlautenden Stelle in nr. XIX meiner Sammlung hoc eingesetzt, da hier der „Böse“ gemeint ist.

zelo. Cesset pristina illa non militia, sed plane militia, qua soletis invicem sternere, invicem perdere, ut ab invicem consumamini. Quae miseros tam dira libido excitat, quod proximi corpus gladio, cuius fortassis et anima perit, transverberent? Sed nec effugit qui glorietur, et ipsius animam pertransibit gladius, cum solum hostem gaudeat cecidisse. Illi se dare discrimini insaniae est, non virtutis; nec audaciae, sed amentiae potius est ascribendum. Habes nunc, fortis miles, habes, vir bellicose, ubi dimices absque periculo, ubi et vincere gloria et mori lucrum. Si prudens mercator es, si conquisitor huius saeculi, magnas quasdam tibi nundinas indico; vide, ne pereant. Suscipe crucis signum, et omnium pariter, de quibus corde contrito confessionem feceris, indulgentiam obtinebis. Materia ipsa si emitur, parvi constat; si devoto assumitur humero, valet sine dubio regnum Dei. Bene ergo fecerunt, qui coeleste iam signaculum susceperunt; bene caeteri faciunt, sed nec ad insipientiam eis, si festinent et ipsi apprehendere, quod et eis in salutem existat.

De caetero, fratres, moneo vos, non autem ego, sed apostolus Dei mecum, non esse credendum omni spiritui (Joh. I, 4, 1). Audivimus et gaudemus, ut in vobis ferveat zelus Dei; sed oportet omnino temperamentum scientiae non deesse. Non sunt persequendi Iudaei, non sunt trucidandi, sed nec effugandi quidem.*) Interrogate eos divinas paginas. Novi[a] quid

a) vermutlich: Interrogate eos, qui divinas paginas norunt, quid etc.

*) Otto Fris. Gesta I, c. 38: Inter haec Radolfus monachus (Cisterzienser!), vir quidem relligionis habitum habens relligionisque severitatem sollerter imitans, sed litterarum noticia sobrie imbutus, eas partes Galliae quae Rhenum attingunt ingreditur multaque populorum milia ex Agrippina, Maguntia, Warmatia, Spira, Argentina aliisque vicinis civitatibus, oppidis seu vicis ad accipiendam crucem accendit. Hoc tamen doctrinae suae non vigilanter interserens, quod Iudei in civitatibus oppidisque passim manentes tamquam christianae relligionis hostes trucidarentur. Quod doctrinae semen in multis Galliae Germaniaeque civitatibus vel oppidis tam firmiter radicem figens germinavit, ut, plurimis ex Iudeis hac tumultuosa seditione necatis, multi sub principis Romanorum alas tuitionis causa confugerent. Unde factum est, ut non pauci ex ipsis huiusmodi immanitatem fugientes, in oppido principis quod Noricum seu Norinberch appellatur aliisque municipiis eius ad conservandam vitam se reciperent. Bernhard selbst lässt sich über den Mönch Rudolf in einem Briefe an den Erzbischof Heinrich v. Mainz (nr. 365) also aus: „Homo ille, de quo agitur in litteris vestris, neque ab homine neque per hominem, sed neque a Deo missus venit. Quodsi se monachum aut eremitam iactat et ex eo sibi assumit libertatem vel officium praedicationis, potest scire et debet, quod non habet docentis, sed plangentis officium; quippe cui oppidum carcer esse debet, et solitudo paradisus . . . Nonne copiosius triumphat ecclesia de Iudeis per singulos dies vel convincens vel convertens eos, quam si semel et simul consumeret eos in ore gladii? . . . Homo est magnus in oculis suis, plenus spiritu arrogantiae. Verba et opera eius, prae-

in Psalmo legitur prophetatum de Iudaeis: Deus ostendit mihi, inquit Ecclesia, super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliviscantur populi mei. Vivi quidam apices nobis sunt, repraesentantes Dominicam passionem. Propter hoc dispersi sunt in omnes regiones, ut dum iustas tanti facinoris poenas luunt, testes sint nostrae redemptionis. Unde et addit in eodem psalmo loquens Ecclesia: Disperge illos in virtute tua et depone eos, protector meus, Domine (Psalm LIX, 12). Ita factum est; dispersi sunt, dispositi sunt, duram sustinent captivitatem sub principibus christianis. Convertentur tamen ad vesperam, et in tempore erit respectus eorum. Denique cum introierit gentium multitudo, tunc omnis Israel salvus erit, ait Apostolus (Rom. XI, 25, 26). Interim sane qui moritur, manet in morte.

Taceo, quod, sicubi desunt, peius Iudaizare dolemus Christianos feneratores, si tamen Christianos et non magis baptizatos Iudaeos convenit appellari. Si Iudaei penitus conterantur, unde iam prosperabitur eorum in fine promissa salus sive conversio? Plane et Gentiles si essent similiter exspectandi, sustinendi forent potius quam gladiis expetendi. Nunc autem cum in nos coeperint esse violenti, oportet vim vi repellere eos, qui non sine causa gladios portant. Est autem christianae pietatis, ut debellare superbos, sic et parcere subiectis (Vergil VI, 853); his praesertim, quorum est legislatio repromissa, quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est benedictus in saecula. Attamen exigendum ab eis iuxta tenorem apostolici mandati, ut omnes, qui crucis signum susceperint, ab usurarum exactione liberos omnino dimittant.*)

Illud quoque admonitos vos esse est necesse, fratres dilectissimi, ut si quis forte amans primatum gerere inter vos ex-

---

tendunt, quod conatur sibi facere nomen iuxta nomen magnorum, qui sunt in terris; sed non habet sumptus ad perficiendum. Vgl. auch den Bericht über die Judenverfolgung von Rabbi Joseph ben Joshua ben Meïr bei Wilken a. a. O. III, Beilage I, S. 1—17. Ferner das Urteil des berühmten Abtes Peter des Ehrwürdigen von Cluny in einem Briefe an den König von Frankreich (epp. IV, 36): Quid proderit inimicos christianae spei in exteris aut remotis finibus insequi ac persequi, si nequam, blasphemi longeque Sarracenis deteriores Iudaei non longe a nobis, sed in medio nostri ... Christum ... blasphemaverint? ... Non, inquam, ut occidantur, admoneo, sed ut congruente nequitiae suae modo puniantur, exhortor ... Quid iustius, quam ut his, quae fraudulenter lucrati sunt, destituantur; quae nequiter furati sunt, ut furibus ... auferantur? Non enim de simplici agri cultura, non de legali militia, non de quolibet honesto et utili officio horrea sua frugibus, cellaria vino, marsupia nummis, arcas auro sive argento cumulant, quantum de his, quae, ut dixi, Christicolis dolose subtrahunt ... Reservetur eis vita, auferatur pecunia."

*) Vgl. den vorausgehenden Aufruf Eugens III.

peditione sua regni voluerit exercitum praevenire, nullatenus audeat; et si a nobis missum se simulet, non est verum; aut si ostendat litteras tanquam a nobis datas, sed omnino falsas, ne dicam furtivas esse dicatis. Viros bellicosos et gnaros talium duces eligere est et simul proficisci exercitum Domini, ut ubique habeat robur et non possit a quibuslibet violentiam sustinere. Fuit enim in priori expeditione, antequam Ierosolyma caperetur, vir quidam, Petrus nomine, cuius et vos, nisi fallor, saepe mentionem audistis. Is populum, qui sibi crediderat, solum cum suis incedens tantis periculis dedit, ut aut nulli aut paucissimi eorum evaserint, qui non corruerint aut fame aut gladio. Propterea omnino timendum est, si similiter et vos feceritis, ne contingat et vobis similiter. Quod avertat a vobis Deus, qui est benedictus in saecula. Amen.

XVIII. Konrad III. an Eugen III. über die Wahl seines Sohnes und seinen Entschluss zum Kreuzzuge, März 1147.

(Wibaldi Epistolae nr. 33; Jaffé, Bibliotheca I, S. 111 f.)

Dilectissimo in Christo patri suo E(ugenio) sanctae Romanae aecclesiae summo pontifici C(onradus) Dei gratia Romanorum rex et semper augustus filialem per omnia dilectionem et debitam in Domino reverentiam.

Litteras sanctitatis vestrae per legatum vestrum, virum utique nobis cum omni dilectione et honore nominandum, T(heodevinum) sanctae Rufinae episcopum missas gratissime accepimus et, quae in ipsis continebantur, filiali et intima karitate ad effectum perduximus. Siquidem de ordinatione regni nobis a Deo concessi, super qua nos paterna sollicitudine monere et exhortari curastis, magna cum attentione et diligentia in frequenti principum conventu apud Frankenevort, ubi generalem curiam habuimus, studiose et efficaciter Deo prestante tractavimus, ordinataque et firmata communi per omnes regni nostri partes solida pace, filium nostrum Heinricum in regem et sceptri nostri successorem unanimi principum coniventia[a] et alacri totius regni acclamatione electum, mediante hac quadragesima (30. März) in palatio Aquisgrani coronare, divina preeunte misericordia, decrevimus.*) Sane

a) so ist in der Handschrift selbst aus convenientia korrigiert.

*) Die Wahl fand zwischen dem 13. u. 23. März 1147 statt. Nach Cont. Gembl. (M. G. S. S. VI, 389) war das Motiv Konrads für die Wahl u. Krönung seines Sohnes: „ne post decessum suum regnum absque principe remaneret et aliqua rerum perturbatio moveretur.“ Heinrich geb. 1137, † 1150. Unerwähnt bleibt die Einsetzung des Erzbischofs v. Mainz als faktischen

quod dulcedinem vestram' movit, nos rem tantam, scilicet de signo vivificae crucis et de tantae tamque longae expeditionis proposito, absque vestra conscientia assumpsisse, de magno verae dilectionis affectu processit. Set Spiritus sanctus, qui ubi vult spirat (Joh. 3, 8), qui repente venire consuevit, nullas in captando vestro vel alicuius consilio moras nos habere permisit; set mox ut cor nostrum mirabili digito tetigit, ad sequendum se sine ullo more intervenientis spacio totam animi nostri intentionem impulit.*) Et quoniam vos ad partes Galliae tam per litteras vestras quam per legatum vestrum venire cognovimus, venerabilem paternitatem vestram, ut ad Rhenum accedere velitis, summa cum dilectione attente monendo invitamus: quantinus simul positi ea Deo mise-

---

Regenten für die Dauer der Abwesenheit des Königs Konrad; Heinrich schreibt 1148 an den Papst (Wib. epp. nr. 116): „Morem regni nobis a Deo collati vestram prudentiam ignorare non credimus, in eo videlicet, quod Moguntinus archiepiscopus ex antiquo suae aecclesiae et dignitatis privilegio sub absentia principis custos regni et procurator esse dinoscitur. Que priscorum instituta regum gloriosus genitor noster ut in ceteris secutus, nostram aetatem et regni gubernationem reverendo patri nostro, Heinrico Moguntino archiepiscopo, omnium principum favente coniventia, magna cum attentione commisit.“ Waitz, Verf. VI, 222 f. bemerkt hiezu, dass nur auf Grund der Stellung, welche Erzbischof Adalbert v. Mainz nach dem Tode Heinrichs V. bis zur Wahl des neuen Königs eingenommen, eine solche Auffassung sich habe Geltung verschaffen können. Seit den Zeiten Erzbischof Wilhelms lässt sich kein Beispiel einer Mainzer Reichsverwesung nachweisen. Die Mitteilung Konrads von der Wahl und Krönung seines Sohnes ist eine einfache Anzeige, ohne Bitte um päpstliche Bestätigung. Mit Unrecht will Engelmann, Anspruch der Päpste auf Konfirmation u. Approbation bei den deutschen Königswahlen S. 20 in letzterem Mangel den Grund zur Verstimmung des Papstes finden. Über den Frankfurter Reichstag vgl. Giesebrecht IV, 259 f; Bernhardi S. 545 ff.; Maurenbrecher S. 163.

*) Über den Speierer Reichstag, Weihnachten 1147 vgl. Giesebrecht IV, 252 f. u. Anm.; Bernhardi S. 528 ff. Mit dem Bericht des Königs, der sich früher gegen die Teilnahme am Kreuzzuge gesträubt hatte, über den Vorgang am 27. Dez. 1146 stimmt überein die Schilderung in der Vita Bernardi VI, 1, c. 4, § 15: „Exinde intra missarum solemnia beati patris animum coepit spiritus stimulare divinus, ut praeter morem nullo rogante diceret, non oportere sine sermone praeterire diem. Quid multa? Locutus est, et in fine sermonis regem non ut regem, sed ut hominem tota libertate convenit. Proponebat enim futurum iudicium, hominem ante tribunal Christi astantem, imperantem Christum et dicentem: O homo! quid debui tibi facere, et non feci? Ex hoc autem numerans regni culmen, divitias, consilia, virilem animum et corporis robur; his et huiusmodi verbis commovit hominem, ut in medio sermone non sine lacrymis exclamaret: Agnosco prorsus divinae munera gratiae, nec deinceps ipso praestante ingratus inveniar; paratus sum servire ei, quandoquidem ex parte eius submoneor.“ — Der Papst, neuerdings aus Rom vertrieben, wünschte einen Römerzug und war mit dem Entschluss Konrads zum Kreuzzuge unzufrieden.

rante pariter tractare ac disponere valeamus, per quae pax aecclesiarum et christianae religionis ordo congruis provectibus augeatur et regni nobis a Deo concessi status cum nostri honoris incremento oportunis decretis firmetur. Et quoniam in articulo profectionis nostrae nulla nobis prolixitas temporis suppetit, in sexta feria, quae in paschalem eptomadam habetur (18. April), desideratam faciem vestram apud Argentinam videre optamus. Legatos nostros, viros utique prudentes et discretos ac sanctae Romanae aecclesiae regnique amatores ac nobis carissimos, Bucconem videlicet Wormaciensem episcopum, Anshelmum Havelebergensem episcopum, Wiboldum Corbeiensem abbatem, vestrae sinceritati commendamus, ut ea, quae vobis dixerint, tamquam ab ore nostro audiatis et in rebus sanctae Romanae ecclesiae et regni cum eis familiariter tractare ac disponere non abnuatis.

XIX. Aufruf Abt Bernhards v. Clairvaux zum Kreuzzuge wider die Wenden, März 1147.

(Boczek, Cod. Moraviae I, 253—55.)*)

[Otto Fris. Gesta I, c. 42: Saxones vero, quia quasdam gentes spurciciis idolorum deditas vicinas habent, ad Orientem proficisci abnuentes, cruces itidem easdem gentes bello attemptaturi assumpserunt, a nostris in hoc distantes, quod non simpliciter vestibus assutae, sed a rota subterposita in altum protendebantur.]

Dominis et patribus reuerendis archiepiscopis ceterisque episcopis et principibus et uniuersis fidelibus dei B(ernardus), Clarauallensis vocatus abbas, spiritum fortitudinis et salutis. Non dubito, quin auditum sit in terra vestra et celebri sermone vulgatum, quomodo suscitauerit spiritum regum deus et principum ad faciendam vindictam in nationibus et exstirpandas de terra christiani nominis. Magnum bonum, magna diuine miserationis ubertas[a]. Verumptamen videt hoc malignus et inuidet more suo, frendet dentibus et thabescit, multos ammittit ex hiis, quos variis criminibus et sceleribus obligatos tenebat, perditissimi quique

---

a) Den Punkt vor Magnum u. das Komma nach bonum habe ich eingesetzt.

*) Boczek gibt dieses Schreiben nach einem Pergamentkodex des 14. Jhd. im Kapitelarchiv zu Olmütz; er bezieht dasselbe irrtümlich auf den Kreuzzug nach dem hl. Lande. Vgl. über dasselbe Giesebrecht IV, 259 f. u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 549 u. die früher citierten Monographien. Über den Verlauf des Wendenkreuzzugs Giesebrecht IV, 296 ff. u. Bernhardi S. 563 ff. — Auch Papst Eugen III. förderte das Unternehmen durch eine Bulle vom 11. April 1147 (Jaffé, Reg. Pont. nr. 6297). — Das Manifest scheint auf dem Reichstage zu Frankfurt in der zweiten Hälfte des März 1147 abgefasst.

conuertuntur declinantes a malo, parati facere bonum. Sed aliud dampnum veretur longe amplius de conuersione gentium, quum audiuit plenitudinem earum introituram et omnem quoque Israhel fore saluandum. Hoc ei nunc tempus imminere videtur, et tota fraude sathagit versuta malitia, quemadmodum obuiet tanto bono. Suscitauit proinde semen nequam filios sceleratos paganos, quos, ut pace vestra dixerim, nimis diu sustinuit christianorum fortitudo perniciose insidiantes dissimulans calcaneo suo nec conterens capita venenata. Sed quia dicit scriptura: Ante ruinam exaltabitur cor; fiet ergo deo volente, ut eorum superbia citius humilietur et non propter hoc impediatur via Iherosolymitana. Quia enim verbum hoc crucis paruitati nostre dominus euangelizandum commisit, consilio domini regis et episcoporum et principum, qui conuenerant Frankonouort, denunciamus, armari christianorum robur aduersus illos et ad delendas penitus aut certe conuertendas nationes illas signum salutare suscipere, eandem eis promittentes indulgentiam peccatorum, quam et hiis, qui versus Iherosolimam sunt profecti. Et multi quidem signati sunt ipso loco, ceteros autem ad opus simile prouocauimus, ut qui ex christianis necdum signati sunt ad viam Iherosolimam, nouerint eandem sese indulgentiam hac adepturos expeditione, si tamen prestiterint in ea pro consilio episcoporum et principum. Illud enim omnimodis interdicimus, ne qua ratione ineant fedus cum eis, neque pro pecunia neque pro tributo, donec auxiliante deo aut ritus ipse aut natio deleatur. Vobis sane loquimur archiepiscopis et coepiscopis vestris, opponite omnino, ut maximam super hiis geratis sollicitudinem et, quantumcumque potestis, studium adhibeatis et diligentiam, ut viriliter fiat, et secundum deum ministri Christi estis, et idcirco fiducialius a vobis exigitur, ut negotio eius, quod ad vos spectat, inuigiletis. Nos quoque plurimum id rogamus et obsecramus in domino. Erit autem huius exercitus et in vestibus et in armis et faleris ceterisque omnibus eadem, que et alterius exercitus obseruatio, quippe quos eadem retributio munit. Placuit autem omnibus in Frankeneuort congregatis, quatenus exemplar istarum litterarum ubique portaretur et episcopi atque presbyteri populo dei annunciarent et eos contra hostes crucis Christi, qui sunt ultra Albim,[a] signo sancte crucis consignarent et armarent, qui nimirum omnes in festo apostolorum Petri et Pauli *) aput Magdeburg conuenire debent.

---

a) Boczek: ultra albi.
*) 29. Juni.

XX. Brief Abt Wibalds v. Korvei an Bischof Hermann v. Konstanz, März 1150.*)

(Wibaldi epp. nr. 234; Jaffé, Bibliotheca I, 353 f.)

Reverendo patri suo et domino H(ermanno) sanctae Constantiensis aecclesiae venerabili episcopo frater W(ibaldus) Dei gratia id, quod est in aecclesia catholica, salutem in eo, qui mandat salutes Iacob.

Pro moderatione, qua predita est dulcis anima vestra, placuit benignitati vestrae gratulari regiae curiae, quod nostram ei nunc assidue exhibeamus presentiam. Set nos, venerande pater, non sumus momenta rerum nec publicis negociis quicquam possumus emolumenti conferre et, ut nostra fert opinio,

Nos numerus sumus et fruges consumere nati[a].

Siquidem post insperatam et ab omni humano consilio et opere ferme alienam et de celis traditam victoriam**), voluimus et, quantum in re militari oportuit, suasimus, ut dominus noster rex, quem propicia divinitas miris et clementibus beneficiis conservat et provehit, non cessaret successus urgere suos, et hostes suos, incomparabili dampno affectos metuque et angore animi perculsos, invaderet, ac sese aliquando ad faciendum iudicium et iusticiam, ad subveniendum matri suae ecclesiae***), accepta tam mirabili oportunitate, expediret. Contradicebat inveteratus ille Achitofel†), qui vix ingentem dissimulare tristiciam poterat, et, assumpta sanctioris amiciciae persona, de tempore et auris causabatur et sacratissimi ieiunii religionem predicabat et astruebat: oportere hominem, quem iustus Dominus qui iusticias diligit iam iudicavit, legitimis induciis et interpellationibus in ius vocari; pium esse et conveniens, nullam captivis lesionem inferri. De

---

a) Horaz, epp. I, 2, 27.

*) Dieses Schreiben gewährt Einblick in die verschiedenen politischen Strömungen am Hofe Konrads III. Vgl. Giesebrecht IV, 333 f. u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 799 f.; ferner Janssen, Wibald v. Stablo u. Korvei; Mann, Wibald Abt v. Stablo u. Korvei nach seiner politischen Thätigkeit. — In der Datierung folge ich Giesebrecht. **) Graf Welf VI., welcher auf seiner Rückkehr vom Kreuzzuge mit König Roger ein Bündnis geschlossen u. im Frühjahr 1149 die Waffen erhoben hatte, wurde bei Flochberg unweit Nördlingen vom jungen Könige Heinrich vollständig geschlagen. Vgl. des letzteren Berichte an Kaiser Manuel u. dessen Gemahlin (Wibaldi epp. nr. 244 u. 245; Jaffé, Bibliotheca I, 366 ff.). ***) Wibald schreibt unmittelbar nach dem Siege bei Flochberg, in einem Briefe an Eugen III. (Wibaldi epp. nr. 232; Jaffé, Bibliotheca I, 352): Per quod (Sieg bei Flochberg) confidimus complanatas esse omnes difficultates, que videbantur obsistere ad introitum domni regis in Italiam. †) Giesebrecht u. Bernhardi vermuten nach dem Vorgange von Behrends in dem alten Fürsten den Herzog Konrad v. Zähringen, dessen Tochter sich mit dem Neffen Welfs, Heinrich, vermählt hatte.

quibus quidem nos, officii nostri innocentiam attendentes, nihil censueramus; set, ut patri et episcopo confiteamur, in mente nostra erat, ut non solum unus homo set etiam multi morerentur pro populo, et non tota gens periret. Popularis erat senis oratio et ad hominum negligentiam pigriciam ac desidiam accommoda. Nos tamen contra nitebamur et asserebamus: fama constare bella et res magnas celeritate[a] adiuvari, dilationem semper nocuisse paratis; iudiciorum, que tanto pondere opponerentur, vocem intra paucissimos pagos vix posse audiri; opus bellicum cum aliquo splendore gestum per maiorem orbis partem diffundi. Inermem vicit oratio armati, cuius tamen arma effecerant, ne is, cui persuadebat, ad perfectum vicisset.*) Ita factum est, ut nec bellum geramus nec iudicia exherceamus; set spe rerum inanium animos pascimus. De captivo vestro**) bene vobis ad integrum responsum est; nos instanter curabimus, ut verba effectus consequatur. Valete.

XXI. Brief Konrads III. an die Kaiserin Irene, April 1150.***)

(Wibaldi epp. nr. 243; Jaffé, Bibliotheca I, 363 ff.)

C(onradus) Dei gratia Romanorum imperator augustus precordialiter dilectae filiae suae E(irenae) a Deo coronatae et exaltatae Grecorum imperatrici paternam dilectionem et certum ac fidele in omni oportunitate auxilium.

Prius quidem preclaram nobilitatem tuam tam ex vinculo cognationis quam ex affectu adoptionis plurimum diligebamus; set tua fides, tua pietas, tua devotio, tua liberalitas, quam nobis officiose exhibuisti, tunc scilicet, quando manus Domini et infirmitate corporali et rerum incommodis nos afflixerat et humiliaverat, tantum ardorem sanctae caritatis in nostra mente circa te adauxerunt, ut eam nulla difficultas, nullum periculum, nulla rerum varietas possit extinguere. Ita igitur in animum nostrum induximus, ita in corde nostro omni ambiguitate remota firmavimus, ut — etiamsi nulla federis, nulla artioris amiciciae religio

---

a) So emendiert Giesebrecht; Jaffé schreibt celebritate.

*) Hist. Welf. c. 28 (M. G. S. S. XXI, 468): Fridericus fratruelis regis, sororius eiusdem Guelfonis, medium se ad compositionem faciendam interposuit, captivosque duci reddi ac regem de cetero securum penes illum esse provida deliberatione confirmavit. Rex ergo accepto consilio Guelfoni aliquos reditus de fisco regni cum villa Mardingen concessit. **) Ein Verwandter des Bischofs v. Konstanz, den Welf in Gefangenschaft hielt. Vgl. Wib. epp. nr. 233; Jaffé, Bibliotheca I, 353.

***) Über dieses Schreiben vgl. v. Kap-Herr, Abendländische Politik des Kaisers Manuel, S. 40; Bernhardi a. a. O. S. 815 f. — S. auch den gleichzeitigen Brief Wibalds an Manuel (Jaffé, Bibliotheca I, 246 f.; Wib. epp. nr. 246).

inter nos et gloriosum et predilectissimum fratrem nostrum, tuum utique maritum, magnificum et excelsum Grecorum imperatorem, aliquando intercessisset — parati tamen et intenti essemus, sua omnia tanquam nostra diligere, suis inimicis tanquam nostris resistere.

Porro in conventione pacti, quae inter nos et ipsum omni cum benivolentia firmata est, condicio necessaria interposita fuit: quod scilicet ea, quae prenominata et prescripta fuerant, utrique compleremus, nisi alter vel uterque nostrum morte seu gravi infirmitate vel amittendi imperii periculo id perficere prohiberetur; atque, transacta illa tam gravi et tam non negligenda necessitate, ad observandi et inplendi studium denuo accingeremur.*) Nunc ergo tibi, tanquam

---

*) Dies ist die wichtigste Quellenstelle für die Kenntnis des Vertrages, welchen Konrad III. bei seinem zweiten Aufenthalte in Konstantinopel, auf seiner Rückkehr vom Kreuzzuge, wahrscheinlich noch im J. 1148 mit Manuel I. geschlossen hat. Vgl. dazu noch Kinnamus II, 19: *Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν πάλαι προομολογηθέντων ἀνεμίμνησκεν αὐτῷ· ἦσαν δὲ ταῦτα, ὅπως Ἰταλίαν εἰς ἕδνον τῇ βασιλίδι ἀνασώσαιτο Εἰρήνῃ, ἣν καὶ αὐτὸς συγγενῆ οὖσαν τῷ βασιλεῖ κατηγγύησεν. Ὁρκίοις οὖν δευτέροις αὐτός τε καὶ Φρεδερῖκος τὰ σφίσι δεδογμένα πιστώσαντες τῆς Ῥωμαίων ἀπαλλάττονται γῆς.* Der römische Kanzler Guido schreibt in einem Briefe an Wibald vom Oktober 1149 (Wib. epp. nr. 198; Jaffé, Bibliotheca I, 316): Sicut domno papae ac nobis significatum est et rumores etiam increverunt, pater ipsius (Heinrici) rex Conradus mala pro bonis (Unterstützung Heinrichs durch den Papst während des Kreuzzugs seines Vaters), quod Deus avertat, reddere nititur et cum Constantinopolitano imperatore sanctam Romanam aecclesiam, catholicorum omnium matrem, graviter, si poterit, affligere et infestare disponit. Wenn in dem Vertrage eine Länderabtretung stipuliert war, so konnte sie, in dem für Byzanz günstigsten Falle, nur das normannische Unteritalien umfassen (vgl. übrigens den Titel des Normannenkönigs: Rogerius dei gratia Siciliae et Italiae rex!). Kugler, Studien z. G. d. zw. Kr. S. 202 ff. vertritt die Ansicht, dass in der That von Konrad die Abtretung eines Teiles von Italien zugesichert worden sei; auch Giesebrecht IV, 294 u. Anm. hält es nicht für unwahrscheinlich, „dass für den Fall eines günstigen Ausgangs des Krieges die Zurückgabe einzelner früher griechischer Besitzungen in Italien an den byz. Kaiser stipuliert wurde". Kap-Herr a. a. O. S. 32—36 verneint die Möglichkeit einer derartigen Zusicherung, hält also die Nachricht bei Kinnamos für erfunden u. zwar hauptsächlich, weil Konrad in unserm Briefe den Siculus tyrannus als einen invasor imperii nostri bezeichnet u. weil die Nachricht in die „verdächtige Beziehung zu einer Mitgift" der Irene gebracht ist. Bernhardi a. a. O. S. 682 vertritt die frühere Ansicht gegenüber Kap-Herr. Und in der That konnte Konrad trotz der Zusicherung einer Länderabtretung den König Roger als einen invasor imperii nostri bezeichnen, weil er eben an der Zugehörigkeit Unteritaliens zum weströmischen Reiche im Princip stets festgehalten hat. Wenn er in eine teilweise Abtretung Unteritaliens willigte, so konnte er von seinem Standpunkte aus (vgl. nr. XII u. XIII meiner Sammlung) eine solche nimmermehr zugestehen auf Grund alter Ansprüche des byzantinischen Reiches. Man griff also zu einem in allen Zeiten üblichen Auskunftsmittel; was Byzanz auf Grund alter Ansprüche forderte, versprach Konrad abzutreten als Mitgift seiner

karissimae filiae nostrae et imperii nostri cognatae, causas familiariter et breviter aperiemus, pro quibus in Longobardia post exitum nostrum a vobis manere et promissa implere nequivimus, pro quibus ad partes Alamannie modis omnibus nos properare, ordo quidem rerum et imperii nostri clamor ad nos usque perlatus non absque gravioris consilii ratione persuasit.

Siquidem, ut tua sapientia perfecte novit, dominus ille Welpho, qui[a] vir magnae nobilitatis et potentiae in regno nostro habetur — neque fide, qua eum in extrema necessitate adiuvimus, neque beneficiis, quibus eum commode auximus, aliqua ratione commonitus — per Sicylie tyrannum a Hierosolimis reditum habuit et, accepta non parva ipsius infami pecunia, per sacramenta et per obsides ei firmavit, quod nos et nostros et nostrum imperium perturbare et infestare modis omnibus laboraret. Quod, postquam ad propria rediit, adiunctis sibi quibusdam perfidis non parvi aput nos momenti et nominis, instanter facere cepit, filios nostros, tuos utique nepotes amantissimos et bonae spei plenos, invadendo et in terra ipsorum, quae illis patrimonii iure competit, inimica quedam castella edificando. Hoc igitur tam atrocis rei nuncio accepto, cum fama, ut in talibus fieri solet, omnia in deterius multiplicaret, prevenire cuncta et comprimere maturavimus; atque ad partes Alamanniae subito et improviso adventu accessimus.

Dum itaque in componendis et pacandis omnibus diligentiam adhibemus, tanta nos infirmitas corporalis in fine Augusti mensis invasit, ut usque ad pascha Domini gravioribus negociis vix utiles esse possemus.

Intra quod temporis spacium, cum essemus in civitate Spira ad iusticias regni faciendas et ad exercenda publica iudicia, prenominatus Welpho cum dulcissimo filio[a] nostro, tuo nepote, bonae indolis iam adolescentulo, ad Romani imperii fastigium Deo auctore per nos et principes nostros coronato, prope castellum nostrum Flochperhc acie conserta dimicavit; ubi, nos divina protegente misericordia, suorum multis tam cede quam captione amissis, noctis beneficio adiutus, vix evasit.

Quo munere celestis misericordiae accepto, dum contra communis hostis nostri, Siculi videlicet tyranni, temerariam insolentiam nos expedire et accingere studemus, nunciatur nobis, quod

---

Schwägerin Bertha v. Sulzbach, der jetzigen Kaiserin Irene. „Die Beziehung auf die Kaiserin Irene“ ist also keineswegs eine „verdächtige Umgebung“. Übrigens sprechen auch die oben erwähnten Befürchtungen der Kurie für eine Länderabtretung. Auch eine Bestimmung des Konstanzer Vertrages (s. nr. XXVII meiner Sammlung) führe ich hauptsächlich auf eine derartige Stipulation zurück. Kap-Herr will überdies den Vertrag in Thessalonich, nicht in Konstantinopel abgeschlossen sein lassen. Dagegen Bernhardi a. a. O. S. 682.

a) von Jaffé eingeschaltet.

omnis Francorum populus cum ipso rege suo contra imperium precellentissimi germani nostri, tui scilicet gloriosissimi sponsi, conspiraret et arma movere, auctore et incentore Sicilye tyranno, cum omni virtutis suae conatu disponeret. Quam rem non facile spernendam vel omittendam ratum duximus, set finem rerum expectare et aut tumultum reprimere aut nos et imperium nostrum pro fratre nostro et rebus ipsius opponere decrevimus. Excusatos nos sufficienter credimus, veritatis existente constantia, tam de incursatis regni nostri finibus quam de invalitudine corporali. Et plane de divino adiutorio confidimus, quod in brevi promissa nostra fideliter complebimus, non solum quia spopondimus, verum etiam quia nos de invasore imperii nostri vindicare summopere desideramus.

Et ut precelsus vir tuus maiorem de nobis amicicie certitudinem et adimplendi conventiones habeat, firmiorem inter nos affinitatem, sicuti cum presentes essemus inter nos tractatum et firmatum fuit, ad presens fieri disponimus, ita videlicet: ut gloriosus filius noster, qui imperii nostri successor et heres est designatus et coronatus, neptem unam mariti tui, sublimis Grecorum imperatoris, uxorem presenti tempore ducat, de duabus scilicet alteram. Quae electio in tui pectoris sapientia constabit, ut illa nobis transmittatur, que moribus et forma noscetur a te, que eas educasti, precellere, sicut honor utriusque imperii et predulcissimi nepotis tui celsitudo opus habere in tali re cognoscitur. Cetera vero, que ad eundem contractum rite peragendum pertinere videntur, posuimus in ore comitis Alexandri de Gravina, qui utrique imperio perpetua fidelitate servire manifeste consuevit, et verbi huius mediator et tractator[a] ex precepto utrorumque, cum apud vos essemus. Quem, in rebus imperii vestri fideliter ut semper solet laborantem, a Venecia fecimus ad nos vocari, quatinus per eius industriam secretum hoc, sicut in ceteris consuevimus, ad egregium valeat finem perduci. De cuius celeri reversione benignam intelligentiam tuam studiose admonemus; quia, cum sublimis nepos tuus iam adultus sit, oportet, ut tam personae ipsius quam imperio nostro in contrahendo matrimonio sine mora provideamus. Scire possunt inimici nostri, qui disseminando mendatia turbare nos et disiungere moliuntur, quod amiciciae nostre nexus indissolubilis perseveret.*)

---

a) nach Jaffé ist hier fuit ausgefallen.

*) Über die Versuche, Konrad vom Bündnisse mit Manuel abzuziehen und mit Roger auszusöhnen, schreibt Wibald im April 1150 an den Kardinaldiakon Guido (Wib. epp. nr. 252; Jaffé, Bibliotheca I, 377 f.): „Porro in capite quadragesime (1. März) domnus abbas Clarevallensis (vgl.

XXII. Schreiben Abt Bernhards v. Clairvaux an Papst Eugen III., Mai 1150.*)

(Migne, Patrol. Curs. T. 182, nr. 256.)

Non est leve verbum, quod sonuit; triste satis et grave est. Et cui triste? Imo cui non triste? Soli filii irae iram non sentiunt nec tristantur tristibus, sed laetantur et consultant in rebus pessimis. De caetero communis tristitia est, quia communis est causa. Bene fecistis iustissimum zelum nostrae gallicanae Ecclesiae collaudando et corroborando auctoritate litterarum vestrarum. Non est, dico vobis, in causa tam generali et tam gravi tepide agendum, sed ne timide quidem.**) Legi apud

---

nr. XI meiner Sammlung) misit domno regi litteras per episcopum Frisingensem, in quibus collaudabat dominum illum Siciliae, eo quod in multis utilis et necessarius fuisset catholicae aecclesiae, futurus utilior, si non prohiberetur virtute et potentia nostri principis; de quorum pace et concordia se libenter acturum promittebat, si sciret, domino nostro non fore ingratum. Visus est hoc ipsum innuere domnus Theodewinus Sanctae Rufinae episcopus in litteris suis, quas post reditum suum a Iherosolima, cum per Siciliam transitum habuisset, domino nostro scripsit. Ad cuius verbi assensum nos animum nostrum et consilium domini nostri, quantum in nobis fuit, inclinare nequaquam voluimus, nisi prius, quid super haec in beneplacito domni papae esset, certius intelligeremus; nec tamen ei super hec scribere presumpsimus, ne videremur altiora nobis appetere et in secreta ipsius temeraria importunitate irruere". Ihm antwortet der Kardinaldiakon c. 24. Juni 1150 (Wib. epp. nr. 273; Jaffé, Bibliotheca I, 401): „Illud vero, quod a domno Conrado serenissimo rege per quasdam religiosas personas perquisitum fuisse significastis, sciatis, de voluntate domni papae vel conscientia nullatenus processisse; presertim cum sciamus, hominem illum, de quo mentionem fecistis, nichil honorificentiae regii culminis exhibiturum, nisi regium adventum in Tuscia vel in Romania iam certo certius presentiret. Nec Romanae aecclesiae expediret, ut, ea exclusa, tales personae super tanto negocio convenirent. Set si ad partes Italiae regium culmen divina providentia traxerit, tunc sancta Romana aecclesia commode et honeste se interponere poterit; et domino nostro regi Conrado preces et quasi violentiam inferendo, illum vero minis et terroribus conveniendo, quicquid pium, quicquid sanctum, quicquid regiae magnificentiae dignissimum fuerit, sine ulla dubitatione poterit terminari. — Vgl. Kap-Herr a. a. O. S. 39 f.; Giesebrecht IV, 327 u. 339 u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 813 f.

*) Der Brief scheint kurze Zeit nach der Versammlung v. Chartres (7. Mai 1150) abgesandt worden zu sein, da der Papst bereits am 19. Juni in einem Schreiben an Abt Suger v. St.-Denis die dort vollzogene Wahl Bernhards zum Anführer des neuen Kreuzzugs genehmigte. — Vgl. über das Schreiben Wilken a. a. O. III, 1, 277 ff.; Giesebrecht IV, 338 f. u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 820; Thiel, Politische Thätigkeit Bernhards v. Clairvaux. **) Schon im April 1150, auf einem Hoftage zu Laon, hatte man in Frankreich einen neuen Kreuzzug in Beratung gezogen; zur definitiven Beschlussfassung hatte man dann eine Versammlung zu Chartes am 7. Mai

quemdam sapientem: Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate (Seneca, epist. 22, ad Lucillum). Ego autem dico, fideli homini magis et inter flagella fidendum. Intraverunt aquae usque ad animam Christi, tacta est pupilla oculi eius. Exserendus est nunc uterque gladius in passione Domini, Christo denuo patiente, ubi et altera vice passus est. Per quem autem nisi per vos? Petri uterque est; alter suo nutu, alter sua manu, quoties necesse est, evaginandus. Et quidem de quo minus videbatur, de ipso ad Petrum dictum est: Converte gladium tuum in vaginam (Ioh. XVIII, 11). Ergo suus erat et ille, sed non sua manu utique educendus.*)

---

verabredet. Abt Suger v. St.-Denis hatte Eugen III. von den Beschlüssen dieser Versammlung verständigt; dieser sodann in einem Schreiben v. 25. April zwar den Eifer belobt, seine Bedenken aber gegen das Unternehmen nachdrücklich ausgesprochen (Jaffé, Reg. Pont. nr. 6516): „Gravem namque christiani nominis iacturam, quam nostris temporibus ecclesia Dei sustinuit, et recentem adhuc effusionem sanguinis tantorum virorum ad memoriam revocantes, grandi timore concutimur, et moeror inconsolabilis renovatur."

*) Vgl. die berühmte Verteidigungsschrift Bernhards v. Clairvaux „De Consideratione" IV, c. 3, § 7 (Separatausgabe v. Hurter): „Quid tu denuo usurpare gladium (sc. materialem) tentes, quem semel iussus es ponere in vaginam? Quem tamen qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis sic: „Converte gladium tuum in vaginam." Tuus ergo et ipse, tuo forsitan nutu, etsi non tua manu evaginandus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret et is, dicentibus Apostolis: ‚Ecce duo gladii hic', non respondisset Dominus: ‚Satis est', sed ‚Nimis est'. Uterque ergo Ecclesiae et spiritualis scilicet gladius et materialis; sed is quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia exercendus est: ille sacerdotis, is militis manu sed sane ad nutum sacerdotis et iussum imperatoris". Der Schlusspassus ist in die Bulle „Unam sanctam" aufgenommen. Vgl. dazu Reinkens, Papst u. Papsttum nach der Zeichnung des hl. Bernhard von Clairvaux; Molitor, Die Dekretale Per Venerabilem von Innocenz III. S. 92 f. („Der Gedanke, dass die beiden Schwerter in der Kirche u. in ihrer Gewalt sind, gehört in dieser charakteristischen Fassung dem hl. Bernhard an, u. jene Stellen, wo er davon spricht, lassen keinen Zweifel darüber, dass er der Kirche beide beigelegt habe"); Bernhardi a. a. O. S. 181; Berchtold, Die Bulle Unam Sanctam S. 16—18. Dagegen Philipps, Kirchenrecht II, S. 1240 u. Hergenröther, Katholische Kirche u. christl. Staat in ihrer geschichtl. Entwicklung S. 382 („Das materielle Schwert gehört zwar zunächst dem weltlichen Fürsten zu, soll aber mindestens nach dem Rate u. der Mahnung der Kirche gebraucht werden. Es gehört der Kirche nicht absolut, sondern nur in gewissem Sinne, insofern es ihr Beistand leisten, sie unterstützen und schirmen soll. Das Bild soll zunächst die notwendige Harmonie beider Gewalten ausdrücken"). — Ich füge hieran eine Stelle aus dem Polycraticus (IV, c. 3) des berühmten Zeitgenossen Friedrich Barbarossas, Johann v. Salisbury: „Hunc ergo gladium (sc. saecularem) de manu ecclesiae accipit princeps, quum ipsa tamen gladium sanguineum omnino non habeat. Habet tamen et istum, sed eo utitur per principis manum, cui coercendorum corporum contulit potestatem, spiritualium sibi in

Tempus et opus esse existimo ambos educi in defensionem orientalis Ecclesiae. Cuius locum tenetis, zelum negligere non debetis. Quale est hoc, principatum tenere et ministerium declinare? Vox clamantis: Venio Ierosolymam iterum crucifigi. (Egesippus, De excid. lib. III, c. 2). Ad quam vocem etsi alii tepidi, alii et surdi sint, successori Petri dissimulare non licet. Loquetur et ipse: Etsi omnes scandalizati fuerint, sed non ego (Matth. XXVI, 33); nec terrebitur damnis prioris exercitus, quibus magis resarciendis operam dabit. Numquid ideo non debet facere homo quod debet, quia Deus facit quod vult? Ego vero pro tantis malis tanquam Christianus et fidelis meliora sperabo et omne gaudium aestimabo, quod in varias tentationes incidimus. Revera panem doloris comedimus et potati sumus vino compunctionis. Quid diffidis, amice sponsi, quasi non more suo vinum bonum servaverit usque adhuc benignus et sapiens sponsus? Quis scit, si convertatur et ignoscat Deus et relinquat post se benedictionem. Et certe sic operari, sic iudicare superna divinitas solet; scienti loquor. Quando magna bona mortalibus provenerunt, quae non magna praevenerint mala? Nam, ut caetera taceam, nonne illud unicum et singulare beneficium nostrae salutis praecessit mors Salvatoris?

Tu ergo, amice sponsi, amicum te in necessitate probato. Si triplici illo amore, de quo tuus interogatus est praedecessor, tu quoque toto corde, tota anima, tota virtute Christum diligis, ut oportet, nihil reservabis, nihil dissimulabis in tanto periculo sponsae eius; sed quidquid habes virium, quidquid zeli, quidquid solicitudinis, quidquid auctoritatis, quidquid potestatis, impendes. Singulare periculum singularem exigit operam. Fundamentum concutitur, et tanquam imminenti ruinae totis est nisibus occurrendum. Et haec propter vos, fidenter quidem, sed fideliter dicta.

De caetero verbum illud, quod iam, ni fallor, audistis: quomodo videlicet in Carnutensi conventu*) – quonam iudicio satis miror — me quasi in ducem et principem militiae elegerunt, certum sit vobis, nec consilii mei nec voluntatis meae fuisse vel esse; sed nec possibilitatis meae — quantum metior vires meas — pervenire usque illuc. Quis sum ego, ut disponam castrorum acies, ut egrediar ante facies armatorum? Aut quid tam remotum a professione mea, etamsi vires suppeterent, etiamsi peritia non deesset? Sed neque hoc meum est vestram docere sapientiam;

---

pontificibus auctoritate reservata. Est ergo princeps sacerdotii quidem minister, et qui sacrorum officiorum illam partem exercet, quae sacerdotis manibus videtur indigna." Vgl. auch Bd. 3, nr. X S. 27 Anm. meiner Sammlung. *) Uber die Versammlung v. Chartres handeln überdies der Brief Bernhards nr. 364 u. die Briefe Abt Sugers v. St.-Denis nr. 133–35 u. 155.

nostis haec omnia. Tantum obsecro per illam charitatem, qua mihi specialiter debitores estis, ne me humanis voluntatibus exponatis, sed, sicut singulariter vobis incumbit, divinum consilium perquiratis et operam detis, ut sicut fuerit voluntas in coelo, sic fiat.

XXIII. a) Schreiben Konrads III. an die Pisaner über seine Vorbereitungen zum Römerzuge, Ende September 1151.*)

(Wibaldi epp. nr. 344; Jaffé, Bibliotheca I, 477 f.)

C(onradus) Dei gratia Romanorum rex et semper augustus consulibus, capitaneis et universo populo Pisano, tam minoribus quam maioribus, gratiam suam et bonam voluntatem.

Post reditum nostrum a Iherosolimitana expeditione omnem animi nostri intentionem converteramus, ut absque morae prolixioris interventu ad res Italiae ordinandas et pacandas ingrederemur. Inde fuit, quod legatos excellentissimi fratris nostri Grecorum imperatoris ad universitatem vestram direximus; de fide et constantia vestra plurimum confidentes, quatinus ipsorum industria et vestra potenti virtute hostis utriusque imperii usque ad adventum nostrum sine intermissione bellicis incursibus quassaretur. Decet itaque patriae principem, grates ac benivolentiam rependere his, qui ad tam egregium opus peragendum animo et opere inparati non fuerunt, sicut illis non immerito pena debetur acerbior, qui tantos rei publicae provectus demoliri temptaverunt. Sed ardentissimum nostrae voluntatis studium manus divina, quam nemo mortalium potuit evadere, inmissa coelitus infirmitate aliquamdiu repressit. Set recuperata per eundem misericordissimum Deum sospitate, transacto sacrae pentecostes festo, generalem curiam apud Ratisponam celebrantes, expeditionem nostram r e g i o m o r e versus Italiam cum magno principum favore et totius militiae alacritate indiximus.**) Similiter et apud Herbipolim***) mediante mense Septembre factum est; ita deinceps

*) Vgl. Giesebrecht IV, 357 u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 895 f. Vgl. auch die gleichzeitigen Schreiben an den Papst u. die Römer (Wib. epp. nr. 340, 346, 345). **) Über den Reichstag zu Regensburg handeln Giesebrecht IV, 352; Bernhardi a. a. O. S. 881 ff. Die der Indictio expeditionis vorhergehende Beschlussfassung ist hier, wie so oft, nicht erwähnt, jedoch aus den Ausdrücken favore u. alacritate leicht zu schliessen. Die Bestimmung der späteren Rechtsbücher, dass ein Römerzug „vor Jahr u. Tag" angesagt werden müsse, hat in diesem Zeitraume noch nicht existiert. Vgl. Weiland, Die Reichsheerfahrt v. Heinrich V. bis Heinrich VI. nach ihrer staatsrechtlichen Seite Forsch. VII, 116 u. 130. ***) Vgl. über den Reichstag zu Würzburg das folgende Schreiben nebst Anmerkung und Giesebrecht IV, 353 f.; Bernhardi a. a. O. S. 886 ff.

firmato mentis proposito, ut, ad omnes regni nobis a Deo concessi partes celerius accedentes et pace per Dei gratiam ubique firmata, sic ad Urbem et ad vos pervenire valeamus, ut tam bene merentibus premia quam rebellibus poenam rependere debeamus. Ad huius rei evidentem noticiam atque certitudinem faciendam direximus presentes legatos nostros, viros utique illustres ac nobis inter principes nostros familiarissimos, Arnoldum videlicet Coloniensis aecclesiae venerabilem archiepiscopum, Wiboldum Stabulensem et Corbeiensem abbatem, Heinricum curiae nostrae notarium, ad reverendum patrem nostrum papam Eugenium et ad urbem Romam nec non ad ceteras urbes Italiae. Quos venientes ad urbem vestram, quae semper ab inicio in pace et in bello terra marique imperii Romani consuevit esse domicilium, honorifice, ut vestra probitas consuevit, suscipiatis; et tam de militum quam de navium numero, quas in expeditionem Siciliae ob perpetuum felicis remunerationis mercedem exhibebitis, per illorum noticiam nos certos efficiatis. Porro de verbo, quod de inimicorum vestrorum sempiterna humiliatione nobis per legatos nostros, scilicet Constantiensem et Basiliensem episcopos, atque marchionem de Montefarrato suggessistis, preces vestras exauditas esse sciatis. Et quicquid super hoc predicti nuncii nostri vobis confirmaverint, nos esse observaturos non dubitetis; scientes, quod inimicis vestris inimici sumus et odientes vos affligemus.

XXIII. b) Schreiben Abt Wibalds v. Stablo an Kaiser Manuel I. über die Vorbereitungen zum Römerzuge, Oktober 1151.*)

(Wibaldi epp. nr. 343: Jaffé, Bibliotheca I, 475 ff.)

Inclito triumphatori ac serenissimo dominatori, glorioso ac sanctissimo imperatori Grecorum et Romaniae Manueli, excelso, sublimi, Porphirogenito, Wiboldus Dei gratia duorum nobilium monasteriorum abbas, Stabulensis scilicet et Corbeiae, devotum et perpetuum in Domino famulatum et assiduas ad Deum orationes.

Largitori omnium bonorum Deo infinitas gratiarum actiones referimus, qui vestrae mansuetudini dignatus est inspirare, ut nostrae parvitati scribere et de vestrae voluntatis nutu significare dignaremini. Facimus itaque, quod iussistis; et humilibus atque assiduis precibus Dei omnipotentis clementiam cum nobis commissis fratribus exorare studemus, ut tam vestrae celsitudini

*) Vgl. Kap-Herr, Abendl. Politik des Kaisers Manuel, S. 41; Giesebrecht IV, 354 f. u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 893.

quam domino meo, fratri vestro, C(onrado) Romanorum imperatori augusto sanitatem et incolomitatem et de inimicis victoriam conferre dignetur, et dilatet atque magnificet imperia vestra super omnia regna orbis terrarum, sicut priscis temporibus fuisse per historias veterum cognoscuntur. Hortamur etiam et continuis monitis suggerimus, ut precelsus et gloriosissimus imperator noster amiciciam et societatem vestram fideliter ac firmiter conservet et omnia vestrae maiestati promissa sine ulla diminutione compleat. In quo proposito ipse felicissimus princeps cum magna mentis constantia perseverans, ordinat viriliter expeditionem suam ad partes Siciliae et Apuliae contra communem hostem utriusque imperii. Inde est, quod mediante preterito mense Septembre apud civitatem Herbipolim quosdam principes imperii sui evocavit; ubi etiam convenerunt Coloniensis archiepiscopus, Bremensis archiepiscopus, Halverstadensis episcopus, Cicensis episcopus, Bavenbergensis episcopus, Mersburgensis episcopus, Herbipolensis episcopus, Argentinensis episcopus, Wormaciensis episcopus, Pragensis episcopus et legati diversorum episcoporum ac principum; et de laicis principibus convenerunt marchio de Witin, marchio de Brandeburch, palatinus comes de Bawaria, comes de Wincenburch in Saxonia, prefectus urbis Moguntiae, prefectus urbis Herbipolis, prefectus urbis Bavenberch, et alii multi comites, honorati et nobiles. Qui omnes cum magna voluntatis hilaritate, fide data et iuramento prestito, promiserunt, quod ad eandem expeditionem cum omni virtute et potentia militiae suae venient et prosequentur.*) Nos quoque in eadem expeditione cum nostra militia domino nostro famulantes, sanctissimam faciem vestram et permaximi imperii vestri decorem videre Deo prestante merebimur. Munificentiae imperiali gratias referimus, quod benedictionem vestram nobis adhuc ignotis transmisistis.

---

*) In dem Briefe an Eugen III. schreibt Konrad: Ibique (in Würzburg) expeditionem Italicam, receptis a principibus qui convenerant fide et sacramento, efficaciter ordinavimus. Über die Sitte, Reichsheerfahrten zu beschwören, vgl. Weiland, Die Reichsheerfahrt v. Heinrich V. bis Heinrich VI. nach ihrer staatsrechtlichen Seite (Forsch. VII, 117 f.).

XXIV. Konrads III. Stellung zur Investiturfrage.*)

a) Schreiben Abt Wibalds v. Stablo über die Fuldaer Abtwahl, Ende April 1150.**)

(Wibaldi epp. nr. 250; Jaffé, Bibliotheca I, 372 ff.)

Reverendo in Christo patri suo et domino E(ugenio) uni et universali pontifici frater W(ibaldus) Dei gratia et vestra id, quod est in aecclesia catholica, honorem ut patri, timorem ut domino.

---

*) Witte, Forschungen z. Gesch. des Wormser Konkordates, I. Die Bischofswahlen unter Konrad III. beurteilt Konrad in dieser Beziehung ungünstig: Nach ihm hält Konrad zwar prinzipiell an dem Wormser Konkordat fest, besitzt aber nicht die Festigkeit, die kraft desselben ihm zustehenden Rechte auszuüben; die Wahlen werden unter ihm beschleunigt, so dass eine Anwesenheit des Königs meist unmöglich wird; die Investitur wird zuweilen gar nicht, vielfach erst nach der Weihe eingeholt; im Falle wirklicher Wahrung seiner Rechte wagt es der König nicht, dies dem Papste offen mitzuteilen, er verschweigt Anwesenheit bei der Wahl u. Erteilung der Investitur; bei zwistigen Wahlen schlägt die unterliegende Partei den Weg der Appellation an den römischen Stuhl ein, u. der König macht Rom, wenn auch nicht prinzipiell, so doch von Fall zu Fall, Zugeständnisse im Sinne eines päpstlichen Bestätigungs- oder Entscheidungsrechtes, indem er einen Bericht einliefert u. um Konfirmation seiner Entscheidung bittet; in der Utrechter Bischofsfrage hält er es für nötig, um päpstliche Bestätigung nachzusuchen, ehe nur überhaupt die unterliegende Partei eine Appellation nach Rom gerichtet hat. Gegenüber dieser vierfachen Anklage nimmt Wolfram, Friedrich I. u. das Wormser Konkordat Konrad in Schutz u. macht es wahrscheinlich, dass der König auf den durch das Konkordat garantierten Wahleinfluss niemals verzichtet hat und in den meisten Fällen die Dauer der Vakanz eine Wahrung seiner Interessen ihm auch erlaubte; dass ferner der König die Investitur stets u. zwar vor der Weihe erteilt hat; eine erwiesene Ausnahme mache nur die Salzburger Provinz. Gegenüber den beiden anderen Anklagepunkten ist meines Erachtens die Verteidigung weniger geglückt. Die Entscheidung hierüber hängt namentlich von der Auffassung unserer zwei Schreiben ab, die auch sonst interessante Einblicke in das Wahlverfahren und in die Wahlkämpfe bei Besetzung kirchlicher Stellen gewähren. Bernhardi hat gegenüber dem letzten Anklagepunkte ein neues Moment betont: das Bestätigungsgesuch im Fuldaer u. Utrechter Wahlstreit sei erfolgt, weil in dem einen Falle der Gewählte bereits Abt eines anderen Klosters und in dem anderen Falle der Metropolit (s. Wormser Konkordat!) vom Amte suspendiert war. Jedoch nach Hinschius, System des kath. Kirchenrechts ist zwar von der Kirche gegen Translationen, bei denen nicht eine ganz besondere Einmütigkeit der Wähler hervortrat, stets geeifert worden, aber erst Innocenz III. hat das alleinige Recht der Entscheidung in Translationsfragen für Rom zur Anerkennung gebracht. — Es ist übrigens zu berücksichtigen, dass der Fuldaer Handel bereits früher bei dem römischen Stuhle anhängig u. während des Streites gerade von Wibald der Charakter eines römisch-befreiten Klosters betont worden war; dass ferner in dem einen Falle der Bittsteller Abt Wibald, in dem andern der König selber war. Vgl. das Verfahren Lothars III. im Halberstädter Bischofsstreit. **) Abt Aleholf v. Fulda war Ende des Jahres 1147, während der Abwesenheit Konrads III. auf dem Kreuzzuge, von Papst

Postquam gloriosus filius vester, noster serenissimus dominus, C(onradus) Romanorum rex a Iherosolimitana expeditione reversus fuit, dilectus frater noster H(einricus) Herfeldensis abbas ab administracione Fuldensis abbatiae, quam susceperat, cessit. Itaque dominus noster rex tum pro innumeris vexationibus, quibus Fuldensis aecclesia tam intus quam foris cottidie fatigabatur, tum pro partium studiis, quae de facili componi non poterant, ordinare ipsum monasterium distulit; et sicut in recolligendis possessionibus, quae inordinate fuerant dispersae, potens et efficax esse non poterat, sic in curandis animabus, que aecclesiarum preciosissima est substancia, invigilare et attendere non valebat. Super qua re a nostra parvitate sepe commonitus et ab Eberacensi abbate et aliis religiosis viris, tandem suggestioni adquiescens, venit Fuldam 3 Nonas mensis Aprilis. Cui curiae interfuerunt venerabiles filii vestri, Bremensis archiepiscopus, Wirciburgensis et Halberstadensis episcopi, et alii de laicorum ordine principes et nobiles multi; a quibus inter cetera regni negocia consilium quesivit, qualiter Fuldense monasterium sic Deo auctore ordinaret, quatinus ibidem, que Dei sunt Deo et quae cesaris sunt cesari redderentur. Dubitatum est diu, ut in talibus negociis solet, maxime propter multas in brevi tempore abbatum mutationes et propter partium studia et dissensiones, que in eodem monasterio adhuc fervere noscebantur. Suspensis ergo omnibus, dixit domnus rex, quandam sibi personam a viris religiosis esse ostensam boni testimonii et integrae famae, que rem modicam religione possessionibus et edificiis nobiliter auxisset, de cuius pietate et fide atque constancia nequaquam dubitarent, quin Fuldensi aecclesiae et preesse et prodesse posset; in cuius personae electione si omnium vota concordarent, fore

---

Eugen III. wegen schlechter Amtsführung abgesetzt worden. Der Papst beauftragte dann den Klosterkonvent, einen auswärtigen Geistlichen zum Abte zu wählen. Die Mönche wählten aber trotzdem einen Konventualen ihres Klosters, namens Rogerius. Diesem versagte Eugen III. durch ein Breve vom 8. April 1148 die Anerkennung u. bestimmte zugleich, dass eine Neuwahl unter Aufsicht der Benediktineräbte Heinrich von Hersfeld u. Wibald von Korvei u. der Cisterzienseräbte Adam von Ebrach u. Ruthard von Eberbach stattzufinden habe. Im November 1148 nun wählten die Mönche einen ehemaligen Konventualen ihres Klosters, den Abt Heinrich von Hersfeld; allein bei dem Wahlakte war auser diesem Abte keiner der übrigen päpstlichen Wahlkommissäre zugegen, weshalb Eugen III. auch dieser Wahl seine Anerkennung versagte. Erst Konrad III. hat nach seiner Rückkehr vom Kreuzzuge im April 1150 den Fuldaer Wahlstreit entschieden durch Anordnung einer Neuwahl, die er auf Abt Marquard von Deggingen lenkte; das Verfahren lernt man aus dem Berichte Abt Wibalds an den Papst kennen. Abt Marquard ist dann auch vom Papste konfirmiert worden. Vgl. über den Fuldaer Wahlstreit Witte a. a. O. S. 50—59, 68—71; Wolfram a. a. O. S. 44 ff.; Bernhardi a. a. O. S. 697, 705—707, 719–723, 803, 809.

in brévi, ut cum suo clementiori et propensiori patrocinio Fuldensis aecclesia pristinum suae dignitatis honorem reciperet. Placuit omnibus qui aderant tam pia regis devotio, tam religiosa sententia; et perlatum est verbum ipsius ad electores a prenominatis episcopis et ab Eberacensi et Hathelesburnensi*) abbatibus, a nobis eciam et ab aliis principibus. Quem sermonem, tanquam divinitus missum, pari consensu et unanimi voto omnes susceperunt, nomenque viri, qui tanto laudis et principis suffragio iuvaretur, sibi exponi flagitabant. Ita celebri cunctorum coniventia elegerunt in abbatem et rectorem animarum suarum et dominum Fuldensis abbatie domnum Marcwardum, abbatem monasterii de Tekkinge,**) qui fuerat nutritus et educatus a puero in monasterio sancti Michahelis in monte in civitate Babenberc et sine querela conversatus. Prefato autem monasterio suo prefuerat annis octo, testimonium habens etiam ab his, qui foris sunt, et provexerat tam in divinis quam in humanis rebus. Qui quoniam ab his, qui eum intime noverunt, plurimum laudatur, et non solum absens set etiam ignorans electus est, et valde invitus et plurimum renitens hoc onus subire compulsus est, adhortante satis domino nostro rege et bona sibi promittente et quodammodo cogente, nostra quoque parvitas vestram celsitudinem intime rogare ausu sanctae caritatis presumit, ut sanare dignemini contritos Fuldenses et alligare contriciones eorum, et per vestrae benedictionis manum, quae sola medicinam prestare potest languoribus, opus, quod circa predictam personam inchoatum est, confirmetis. Hoc quoque sublimitati vestrae indicare studuimus, quod ea die apud Fuldam eramus, quando omnes Fuldenses fratres regulariter et humiliter eidem electo suo subiectionem et obedientiam promiserunt. Salvum vos et incolomem ad regimen catholicae ecclesiae Deus omnipotens custodiat.

b) Schreiben Konrads III. an Papst Eugen III. über die Utrechter Bischofswahl, März 1151.***)

(Wibaldi epp. nr. 324; Jaffé, Bibliotheca I, 452 ff.)

Dilectissimo patri suo E(ugenio) sanctae Romanae aecclesiae summo pontifici C(onradus) Dei gratia Romanorum rex et semper augustus filialem per omnia dilectionem et debitam in Domino reverentiam.

---

*) Cisterzienserabt Rapoto v. Heilsbronn bei Ansbach. **) Kloster Deggingen bei Nördlingen.

***) Vgl. Witte a. a. O. S. 71—79; Wolfram a. a. O. S. 48, 50; Bernhardi a. a. O. S. 855, 866, 876, 886; Giesebrecht IV, 347 f., 350, 353.

Vacante Traiectensi episcopatu post discessum piae memoriae Harberti episcopi, misimus ad eandem ecclesiam legatos nostros cum mandatis, motus temerarios, qui in rebus huiusmodi suboriri solent, et direptiones rerum aecclesiasticarum fieri auctoritate nostra prohibentes. Mandavimus etiam eiusdem urbis clero honoratis et populo, ut depositis partium studiis sese electioni futurae in spiritu concordiae et humilitatis prepararent, nec tale aliquid animositate certandi committerent, in quo libertas electionis canonicae ius libertatis amittere convinceretur. Verum ipsi, libertatem pietatis a patribus indultam in velamen maliciae assumentes, dissensionibus et ambitione rem totam perturbare ceperunt et longo tempore tantam potestatis tam in spiritualibus quam in secularibus rebus magnitudinem absque rectore fluctuare permiserunt. Ceterum ad animum rediens, maioris ecclesiae prepositus et eiusdem ecclesiae decanus cum reliquo clero et universis nobilibus unanimi consensu in domnum Herimannum, ecclesiae sancti Gereonis in Colonia prepositum, virum scilicet integrae vitae et probati testimonii, convenerunt. Set quidam ministeriales eiusdem ecclesiae, tumultu facto armisque illatis, coegerunt quosdam de eodem clero denominare et quodammodo eligere Frithericum prepositum sancti Georgii in Colonia, hominem videlicet infra aetatem et ordines, cuius ignorantia fautores ipsius ad subversionem ecclesiae abuterentur.*) Nos itaque, de tantae ecclesiae ruina compassione clementi condolentes, iterato misimus eis cum preceptis regalibus legatos, imperantes eis, quatinus omni occasione postposita mediante quadragesima,**) quae transacta est, nostro sese conspectui presentarent, accepturi ex regio more contentionum finem et urbis suae dominum, qui melioribus suffragiis iuvaretur. Venit itaque prefatus Herimannus ad presentiam nostram cum suis electoribus. Set illi, qui iuvenem elegerant, iuveniliter agentes neque venerunt neque canonicam excusationem seu legitimam transmiserunt; nisi quod pater predicti F(itherici) prepositi, comes videlicet A(dolfus), absque attestatione cleri et populi et certis per epistolas mandatis venit et negotium differri

*) Ann. Egmundani (M. G. S. S. XVI, 456): Post cuius (Hartberti) obitum de eligendo episcopo grandis discordia tam inter clericos quam inter laicos facta est, aliis Frithericum, filium Adolfi, comitis de Huevelle, aliis Heremannum, praepositum sancti Gereonis de Colonia, eligentibus. Comites siquidem, ecclesiae homines, Gelrensis Heinricus, Holtlandensis Theodericus, Clevensis Theodericus Heremannum investiri, instantissime laboraverunt. Omnes autem ministeriales et cives civitatis Traiectensis et Davantriae et omnes agricultores et cuiusque officii homines Fritherico devotissime faverunt, adeo ut rerum suarum dispendium, immo vitae periculum pro eo subire non dubitarent. **) Sie waren für den 18. März auf einen Hoftag zu Nürnberg vorgeladen.

postulavit. Verum nos, adhibito episcoporum et principum et virorum prudentium ac religiosorum consilio, consideravimus, electores predicti H(erimanni) prepositi sanioris esse consilii de persona a canonicis institutionibus non discrepante; quibus ex magno favore assentiebant omnes nobiles ac prepotentes eiusdem terrae, qui Traiectensem ecclesiam et in pace legibus honestant et in bello armis defensant. Itaque quia in nostra presentia nulla contradictio iuxta iuris ordinem huic electioni opponeretur, cum omnis aecclesia in nostram presentiam esset evocata, iudicatum est ab episcopis et principibus: nullam nos debere moram probabilibus desideriis inserere, set personam, absque vi et ulla mala machinatione electam et in sacris ordinibus aetate congrua inventam, provehere.*) Proinde celsitudinem sacerdotii vestri, quam vera in Domino caritate amplectimur, attente monendo rogamus, ut opus a nobis laudabiliter inchoatum benedictione sacrae manus vestrae perficere et confirmare non abnuatis, et labentis ecclesiae Traiectensis ruinam celeri benedictione fulciatis. Rogamus preterea sinceritatem vestram pro quodam consanguineo nostro, comite videlicet Ottone de Ara, quem quidam clericus nomine Ionathas per surreptionem a vobis excommunicari fecit, quatinus eum a Leodiensi episcopo absolvi faciatis, eo scilicet rationis moderamine, ut, postquam fuerit absolutus, synodaliter vocetur, et causa, quae super quadam ecclesia inter eos agitur, canonico iudicio decidatur.**)

---

*) Wolfram findet im Gegensatz zu Witte mit diesem Worte die Investitur ganz klar u. deutlich ausgesprochen, nichts von einer Absicht, durch Verschweigung der weltlichen Belehnung den unangenehmen Eindruck einer voreiligen Entscheidung zu verwischen. **) Über den Ausgang des Utrechter Wahlstreites handeln folgende Quellenstellen: a) Schluss eines Briefes Abt Wibalds v. Stablo an den Erwählten Arnold II. v. Köln (Wib. epp. nr. 334; Jaffé, Bibl. I, 465 f.): Preterea legati Romanae ecclesiae ad has partes perveniunt, causam Traiectensis electionis terminaturi; et videat aecclesia vestra, cuius vos consilium sequi condecet, qualiter in urbe vestra idem legati in hoc rerum statu suscipiantur et ad eandem litem decidendam, sicut decet Romanam et Coloniensem aecclesiam et vestrae personae honorem, teneantur. (Inzwischen war am 3. April der suspendierte Erzbischof Arnold I. gestorben und dann der gleichnamige königliche Kanzler gewählt worden.) Dem entsprechend: b) Ann. Egmundani (M. G. S. S. XVI, 456): Uterque episcopus cum suis fautoribus Leodium ad cardinalis iudicium pervenit. Cuius iudicio Frithericus reprobatus, Hermannus investitus est, etiam Conrado rege parti ipsius consentiente. Dagegen kaiserlich gefärbt: c) Otto Fris. Gesta I, c. 63: Inde (Conradus) in Gallia Traiectensium negotium, revocatis omnibus ad subiectionem Herimanni, cum imperii honore terminavit, ac ne aliquis in posterum eius facti scrupulus haberetur, a Romana sede ratihabitationem obtinuit.

XXV. Zur Königswahl Friedrichs I., 4. März 1152.*)

[Otto Fris. Gesta I, c. 70: (Conradus) proxima a capite ieiunii sexta feria, id est 15. Kal. Marcii, vitam finivit, regalia duci Friderico cum unico suo item Friderico commendans. Erat enim tamquam vir prudens de filio suo adhuc parvulo, ne in regem sublimaretur, quasi desperatus; idcirco et privatae et rei publicae melius profuturum iudicabat, si is potius, qui fratris sui filius erat, ob multa virtutum suarum clara facinora sibi succederet. II, c. 1: III. Nonas Martii (5. März), id est tercia feria (4. März) post Oculi mei semper, in oppido Franconefurde de tam inmensa Transalpini regni latitudine universum, mirum dictu, principum robur non sine quibusdam ex Italia baronibus tamquam in unum corpus coadunari potuit. Ubi cum de eligendo principe primates consultarent — nam id iuris Romani imperii apex, videlicet non per sanguinis propaginem descendere, sed per principum electionem reges creare, sibi tamquam ex singulari vendicat prerogativa, — tandem ab omnibus Fridericus Suevorum dux, Friderici ducis filius, petitur cunctorumque favore in regem sublimatur. II, c. 2: Huius consultationis summa in illamque personam tam unanimis assensus ratio haec, ut recolo, fuit. Duae in Romano orbe apud Galliae Germaniaeve fines famosae familiae actenus fuere, una Heinricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Aldorfo, altera imperatores, altera magnos duces producere solita. Istae, ut inter viros magnos gloriaeque avidos assolet fieri, frequenter sese invicem emulantes, rei publicae quietem multociens perturbarant. Nutu vero Dei, ut creditur, paci populi sui in posterum providentis, sub Heinrico V. factum est, ut Fridericus dux, pater huius, qui de altera, id est de regum familia, descenderat, de altera, Heinrici scilicet Noricorum ducis filiam, in uxorem acciperet ex eaque Fridericum, qui inpresentiarum est, generaret. Principes igitur non solum industriam ac virtutem iam sepe dicti iuvenis, sed etiam hoc, quod utriusque sanguinis consors tamquam angularis lapis utrorumque horum parietum dissidentiam unire posset, considerantes, caput regni eum constituere adiudicaverunt, plurimum rei publicae profuturum precogitantes, si tam gravis et diutina inter maximos imperii viros ob privatum emolumentum simultas hac demum occasione, Deo cooperante, sopiretur. — Vgl. auch Ann. Col. Max. M. G. S. S. XVII, 764; Chron. Ursperg. M. G. S. S. XXIII, 344; Gisleberti Chronicon Hanoniense M. G. S. S. XXI, 516 (erwähnt einen Wählerausschuss von 4 Fürsten; vgl. dazu Narratio de electione c. 2. Über den staatsrechtlichen Wert der Chronik handelt Ficker, Vom Reichsfürstenstande I, 108); Kinnamos II, c. 20.]

a) Schreiben Friedrichs I. an Papst Eugen III., März 1152.**)

(Wibaldi epp. nr. 372; Jaffé, Bibliotheca I, 499 ff.)

Dilectissimo in Christo patri suo E(ugenio) sanctae Romanae aecclesiae summo pontifici Fredericus Dei gratia Romanorum rex

*) Über die Wahl Friedrichs I. haben gehandelt: Philippson, Gesch. Heinrichs des Löwen u. der welfischen u. staufischen Politik seiner Zeit I, 351 ff.; Cohn in den Gött. Gel.-Anz. Jahrg. 1868 S. 1050 ff.; Prutz, Kaiser Friedrich I, Bd. I, S. 28 ff. nebst Beilage 1; Wetzold, Die Wahl Friedrichs I.; Giesebrecht IV, 380 f. nebst Anm.; Peters, Wahl Kaiser Friedrichs I. (Forsch. XX, 453 ff.); Weiland, Über die deutschen Königswahlen im 12. u. 13. Jahrh. (ibidem); Hasse, Erhebung König Friedrichs I. (Hist. Untersuchungen, Arnold Schäfer gewidmet 1882, S. 319 ff.); Varrentrapp, Zur Gesch. der Kaiserzeit in Sybels Hist. Zeitschr. S. 405 ff.; Nitzsch, Gesch. d. deutschen Volkes II, 228; Maurenbrecher a. a. O. S. 164 ff. **) Ich datiere nach Stumpf nr. 3620.

et semper augustus filialem per omnia dilectionem et debitam in Domino reverentiam.

Patrem patriae decet, veneranda priscorum instituta regum vigilanter observare et sacris eorum disciplinis tenaci studio inherere, ut noverit regnum sibi a Deo collatum legibus ac moribus non minus adornare quam armis et bello defensare. Sollemnem itaque imperii Romani morem a proavis nostris, imperatoribus videlicet et regibus, ad nos transmissum sequentes, legatum nostrum, virum scilicet discretum et honestum, E(berhardum) venerabilem Bavenbergensem episcopum,*) adiunctis sibi H(illino) Trevirensi electo et A(damo) Everacensi abbate, ad vestrae sanctitatis presentiam et ad Urbem destinare curavimus, ut tam ex presentis paginae indicio quam ex ipsorum viva voce**) de nostris provectibus et totius aecclesiae ac regni statu certiores esse possitis.

Itaque, quando placuit terribili et ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terrae, in cuius manu sunt omnium potestates et omnium iura regnorum, felicis memoriae patruum ac nutritorem nostrum, gloriosum Romanorum regem C(onradum) de presenti vita evocare, universi principes regni, tamquam divino spiritu suscitati, 17 die post depositionem eius***) in oppidum Frankenevurt tam per se ipsos quam per respon-

---

Über dieses Schreiben vgl. namentlich Engelmann, Der Anspruch der Päpste auf Konfirmation u. Approbation bei den deutschen Königswahlen S. 21 ff. Vgl. auch Deussen a. a. O. Verfasser des Schriftstücks ist Wibald. Vgl. nr. 374.

*) Über Eberhard v. Bamberg vgl. Wagner, Eberhard II., Bischof v. Bamberg. Er wie Wibald u. Arnold II. v. Köln sind die Vertreter einer zwischen Imperium u. Sacerdotium vermittelnden Parteirichtung. Seit dem Jahre 1156 tritt allmählich an ihre Stelle als leitender Staatsmann Friedrichs Rainald v. Dassel. **) Johann v. Salisbury schreibt später (ep. nr. 59): „Sed scio, quid Teutonicus moliatur. Eram enim Romae praesidente beato Eugenio, quando, prima legatione missa in regni sui initio, tanti ausi impudentiam tumor intolerabilis et lingua incauta detexit. Promittebat enim, se totius orbis reformaturum imperium et urbi subiciendum orbem eventuque facili omnia subiecturum, si ei ad hoc solius Romani pontificis favor adesset. Id enim agebat, ut in quemcumque denunciatis inimicitiis materialem gladium imperator, in eundem Romanus pontifex spiritualem gladium exsereret.“ Ist das eine Übertreibung des Inhalts unseres Schreibens oder beruht der Bericht auf den mündlichen Äusserungen der Gesandten? ***) Vgl. die Zeitangabe in dem Begleitschreiben u. in dem obigen Berichte Ottos v. Freising. Philippson setzt darnach den Wahltag an auf den 3. März, Prutz (u. nach ihm Grotefend, der Wert der Gesta F. S. 25 ff.) auf den 5. März, Giesebrecht nach dem Vorgange Cohns auf den 4. März; nach Giesebrecht ist eben in den mittelalterlichen Quellen bei divergierenden Zeitangaben mehr Gewicht auf die Angabe des Wochentages als des Kalendertages zu legen.

sales honoratos convenerunt, et absque ullius morae interiecto spacio eadem die cum ingenti divinitus data concordia ipsi principes et caeteri proceres cum totius populi favore et alacritate nos in regni fastigium elegerunt. Quinta postmodum die, id est transacta proxime mediante quadragesima,*) pari et eodem consensu cum benivola populi acclamatione in oppido Aquisgrani nos per sacratissimas devoti filii vestri A(rnoldi) Coloniensis metropolitani et venerabilium episcoporum manus oleo sanctificationis regaliter unxerunt et in solio regni cum benedictione sollempni collocaverunt. Nos vero in multiplicibus regiae dignitatis ornamentis, quibus partim per laicorum principum obsequia partim per reverendas pontificum benedictiones vestiti sumus, regium animum induimus, tota mentis virtute intendentes, ut iuxta professionis nostrae formulam, quam ab orthodoxis presulibus in ipso regni throno et unctione sacra accepimus: honorem vobis et dilectionem, et sacrosanctae matri nostre Romanae aecclesiae et omnibus ecclesiasticis personis promptam et debitam iusticiam ac defensionem exhibeamus, viduis ac pupillis et universo populo nobis commisso legem et pacem faciamus et conservemus.**)

Cum enim duo sint, quibus principaliter hic mundus regitur, videlicet auctoritas sacra pontificum et regalis potestas,***) omnium Christi sacerdotum oboedientiae devoti colla submittere parati sumus, ut propitia divinitate temporibus nostri principatus verbum Dei expedite currere non prohibeatur et paternas regulas ac decreta sanctissimis diffinita conciliis nullus audeat absque penae gravioris vindicta violare; quatinus per studii nostri instantiam catholica ecclesia suae dignitatis privilegiis decoretur et Romani imperii celsitudo in pristinum suae excellentiae robur Deo adiuvante reformetur.

Et quoniam beatitudinis vestrae animum de obitu predicti serenissimi principis scimus non immerito perturbatum, vobis tamquam patri karissimo constanter promittimus, quod, sicut eidem glorioso quondam regi in regni solio successimus, ita hereditariam dilectionem tam ad vestram personam omnino specialem

*) 9. März. **) Über den langjährigen Streit, welchen die Erzbischöfe v. Mainz u. Köln wegen des Krönungsrechtes führten, vgl. Waitz, Verf. VI, 161 ff. Papst Leo IX. hatte zu Gunsten Kölns entschieden: Regiam consecrationem infra limites suae dioecesis faciendam potestatis apostolicae munimine ei corroboramus. (Jaffé, Reg. Pont. nr. 3248.) — Über die Formeln der Königskrönung, deren älteste bei Widukind II, c. 1 überliefert ist, vgl. Waitz, Die Formeln der deutschen Königs- u. der römischen Kaiserkrönung vom 10. bis zum 12. Jahrh. Ebenso Verf. VI, 163 ff. ***) Mit dieser Auffassung v. Kaisertum u. Papsttum vgl. das Schreiben Heinrichs IV. (Bd. 3, nr. X meiner Sammlung), der Friedrich u. seiner Kanzlei vielfach als Vorbild diente.

quam ad sacrosanctae matris nostrae Romanae aecclesiae promptissimam ac devotissimam defensionem suscepimus; hac scilicet ordinis ratione, ut, quaecumque ad liberationem et honorationem apostolicae sedis intenderat et ordinaverat, nos constanter perficere studeamus, ita ut, iuxta felicem ad sanctum virum Domini promissionem, inimicis vestris inimici simus et odientes vos affligamus.

Sane prenominatos legatos nostros benignitati vestrae attente committimus, ut eos pro nostrae dilectionis intuitu benigne tractetis et in suis petitionibus clementer exaudiatis; intime etiam rogantes, ut domnum abbatem de Evera, nobis tam in divinis quam in humanis rebus necessarium, liberum nobis remittatis.

b) Begleitschreiben Wibalds an Eugen III., März 1152.

(Wibaldi epp. nr. 375; Jaffé, Bibliotheca I, 503 ff.)

Reverendo patri suo et domino E(ugenio) divina gratia uni et universali papae frater ille vester, Dei et vestra gratia id, quod est in aecclesia catholica, se ipsum in fide et veritate.

Ecce, venerande pater, quod verebar accidit. Et ob hoc quasi divino et prescio spiritu, cum essem apud vos, non dissimulavi neque silui, suggerens et contestans, ut pacem populi Romani, si honesta et tuta esse posset, sine dilatione reciperetis. Etsi enim casum hunc, de quo non inmerito dolemus, minime persentiebamus, quadam tamen presensione futurorum angebamur, ne forte spes vestra, quam de expeditione futura conceperatis, aliquo rerum eventu facillaret. Multa enim, quae legimus et audivimus et vidimus inter reverendos Urbis pontifices et imperatores facta et dicta, non indebita nos sollicitudine terrebant. Et licet discreta eruditio vestra de omni statu Theotonici regni plenius in presentiarum doceatur tum per literas gloriosi filii vestri et domini nostri Frederici Romanorum regis invictissimi tum etiam per scripta devotorum filiorum vestrorum, quorundam videlicet episcoporum, tamen devotio nostra circa vos et sacrosanctam matrem nostram Romanam aecclesiam languere non debuit, quin celsitudinem vestram de rebus maxime ad vos pertinentibus aliqua ex parte premoneremus. Et unusquisque in suo sensu abundat.

Pervenientibus nobis Spiram in reditu a vobis, occurit nobis fama omni auditu horribilior, omni furia terribilior, quod videlicet tercia illa die de hac vita migrasset dulcissimus ac devotissimus filius vester, serenissimus quondam Romanorum rex Cuonradus. Dubitare non oportet aut querere sinceritatem vestram, quantus dolor animos nostros pervaserit de amissione

tam clementis tam misericordis circa nos principis, de metu futurae in imperio mutationis. Enavigavimus ita summa cum celeritate Coloniam, ut tanto esset Coloniensis ad providendum rei publicae cautior ac liberior, quanto esset inter suos ab omni turbulentae conventionis impetu securior.*)

Ceperunt deinde summi principum sese per nuncios et literas de habendo inter se colloquio pro regni ordinatione sollicitare. Sicque factum est, ut, cum pauci admodum crederentur venturi, maxima tamen optimatum multitudo 17 die post obitum predicti magnifici principis in oppidum Frankenevort convenerit. Itaque, concurrentibus omnium votis, immo, ut verius dictum sit, precurrere certantibus singulorum desideriis, clectus est cum summo universorum favore is, qui nunc rerum potitur, Fridericus, dux antea Sueviae. Et pari et eadem alacritate et ammiratione quinta postmodum die unctione sacra pontificum in solio regni more maiorum Aquisgrani sublimatus est. Salva sane in omnibus divinae omnipotentiae reverentia, quae operabatur in cordibus hominum ad inclinandum eorum voluntates quocunque vellet, in hac tam celeri concordia trahebat sua quemque voluntas.

Multorum vox erat, ut in ipsa impositione diadematis expeditionem Ytalicam, quam patruus eius strenue ordinaverat, ipse firmaret ac perficeret. Sequenti vero die tam Coloniensis quam episcoporum, qui illic aderant, consilium et exhortatio erat, ut, eadem die militiae sacramentis acceptis, expeditionem Ytalicam ad propulsandas apostolicae sedis iniurias promoveret. Set laici principes, simplici fortasse animo, studiose suggerebant: non oportere in hac rerum novitate tam gravi sponsione principem devinciri, ne improbitas rebellantium, de ipsius celeri egressu certa, in extremam dementie audatiam prorumperet; decere etiam, ut vocatus a vobis potius quam sponte sua veniret.**) Ita de facili labor in quietem permutatus est. Et quidem cor regis in manu Dei est, et pro subiectorum meritis, quo placet, convertit illud.

Hoc ideo dicimus, quod p r i n c e p s n o s t e r, n o n d u m u t c r e d i m u s a n n o r u m t r i g i n t a, f u i t a n t e h a c i n g e n i o a c e r, c o n s i l i o p r o m t u s, b e l l o f e l i x, r e r u m a r d u a r u m e t g l o r i a e a p p e t e n s, i n i u r i a e o m n i n o i m p a t i e n s, a f f a b i l i s a c l i b e r a l i s, e t s p l e n d i d e d i s e r t u s i u x t a g e n t i l e i d i o m a l i n g u a e s u a e. Augeat in eo Deus omnium virtutum

---

*) Über Erzbischof Arnold II. v. Köln vgl. Schneider, Arnold II. Erzbischof v. Köln 1151—56 (Hall. Diss.). **) Welches verfassungsmässige Recht setzt diese Weigerung der Laienfürsten voraus? Vgl. Waitz, Verf. VI, 349; Weiland, Die Reichsheerfahrt v. Heinrich V. bis Heinrich VI. (Forschungen VII, 116); Wacker, Der Reichstag unter den Hohenstaufen (Hist. Stud. V) S. 63 u. 66.

nutrimenta, ut faciat iudicium et iusticiam in terra. Et sit vobiscum magni consilii angelus, ut declaretis eum in regem ac defensorem Romane aecclesiae;*) et illa ipsi ac principibus suis facere iniungatis, quae ad honorem catholicae aecclesiae et salutem populi christiani proficiant.

c) Antwortschreiben Eugens III., 17. Mai 1152.**)

(Wibaldi epp. nr. 382; Jaffé, Bibliotheca I, 513 f.)

Eugenius episcopus servus servorum Dei karissimo in Christo filio F(riderico) illustri Romanorum regi salutem et apostolicam benedictionem.

Nuntiis egregiae tuae nobilitatis et litteris benigne ac honeste susceptis, et ipsorum fideli et prudenti narratione et illarum diligentissima inspectione, personam tuam, iam pridem nobis dilectam, post decessum patrui tui, recolendae memoriae C(onradi) Romanorum regis, pari voto et unanimi consensu principum in regni fastigium promotam esse, manifeste cognovimus. Quod tanto uberiore exultatione suscepimus, quanto per dilecti filii nostri O(ctaviani) presbiteri cardinalis narrationem et tuarum litterarum susceptionem spem certiorem de tua industria iam antea tenebamus. Deo igitur, a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, de corde gratias debitas persolventes, quod de tua strennuitate divina clementia disponente tam concorditer factum esse cognovimus, benigno favore sedis apostolicae approbamus. Credimus enim, quod bonum, a iam dicto patruo et predecessore tuo firmiter nobis et aecclesiae Romanae promissum, per generosae devotionis tuae studium desideratum a nobis auxiliante Domino sortietur effectum. Nos siquidem ad honoris et exaltationis tuae augumentum pro debito commissi nobis officii, superna cooperante gratia, attentius intendimus laborare. Eapropter de communicato fratrum nostrorum consilio legatum de latere nostro ad tuam serenitatem disposuimus in proximo destinare, per quem intentionem et propositum nostrum tuae gloriae disposuimus aperire. Interim autem regiam dignitatem tuam attente monemus, ut professionis regiae formam perspicaci lumine mentis semper attendas et aecclesiae Dei et aecclesiasticis personis promptam et debitam iusticiam ac defensionem infatigabiliter et semper exhibeas, viduis, pupillis, orphanis et universo populo regimini tuo subiecto sine tarditate pacem et iusticiam facias, ut ipsi, de tua protectione ac defensione pro regiae dignitatis excellentia muniti et tibi devote obedientes,

---

*) Vgl. dagegen den Tenor des kaiserlichen Schreibens!

**) Vgl. auch über dieses Schreiben Engelmann u. Deussen a. a. O.

letentur et tu de regia sollicitudine apud homines gloriam et apud illum, per quem reges regnant, cum sanctis regibus vitam percipere merearis aeternam. Data Signiae 16. Kal. Iunii.

XXVI. Zur Magdeburger Doppelwahl 1152.*)

[Chronicon Montis Sereni ad ann. 1152: Post hunc electi sunt duo, Hazzo decanus et Gerhardus praepositus maioris ecclesiae. Hic autem aliquamdiu pertinaciter singulis pro parte nitentibus, Wichmannus Nuemburgensis episcopus sequester illis accessit**) modisque, qui in eiusmodi causis praecipue valent, promissis videlicet et muneribus, pluribus utriusque partis electoribus abstractis, ut se eligerent, persuasit. Quo facto vasallis ecclesiae fidelitatem ei iurantibus episcopatum obtinuit, pallium autem, quia de irregulari introitu apud curiam Romanam infamatus erat, biennio per nuncios suos obtinere non potuit.

Otto Fris. Gesta II, c. 6: Circa idem tempus Magdeburgensis aecclesia, quae Saxoniae metropolis dignoscitur, pastore suo viduata, ad electionem faciendam resedit. Dumque alii eiusdem aecclesiae prepositum Gerardum, alii decanum eligerent, divisis hinc inde personis, regem adhuc in Saxonia morantem adire disponunt. Quos dum multis modis ad unitatem et vinculum pacis princeps reducere satageret ac proficere non valeret, alteri parti, id est decano cum suis, persuasit, ut Gwicmannum Cicensem episcopum, virum adhuc iuvenem, sed nobilem, eligerent, eique accersito regalia eiusdem aecclesiae

---

*) Vgl. darüber Fechner, Wichmann v. Magdeburg (Forsch. V, 419 ff.); Prutz, Kaiser Friedrich I. Bd. I, 40 u. 53 u. Beilage 2; Wolfram, Friedrich I. u. das Wormser Konkordat S. 82 ff.; Nitzsch, Gesch. d. deutschen Volkes II, 229 ff. u. 232; Giesebrecht V, 12 f., 14 f., 34 f. Vgl. auch Winter, Regesten Wichmanns (Forsch. XIII, 130—155). — Nach Wolfram hält Friedrich I. streng fest an den Rechten, die ihm das Wormser Konkordat gelassen, sein Einfluss auf die Besetzung der Bischofstühle ist faktisch über das Wormser Konkordat oft sogar hinausgegangen; bei den Wahlen ist er bisweilen selber anwesend, stets aber muss ihm die Erledigung eines Bistums mitgeteilt werden, und dann lässt er sich entweder einen Kandidaten vorschlagen oder teilt aus eigener Initiative seine Wünsche mit; stets dringt er auf Einholung der Belehnung vor der Weihe, auch in der Salzburger Provinz, vielleicht sogar in Italien; bei zwistigen Wahlen entscheidet er sich entweder für einen der Gewählten oder veranlasst, was bereits Lothar III. gethan hat, eine Neuwahl, wie eben gerade bei der Doppelwahl in Magdeburg. Das Verfahren bei der Erhebung Wichmanns findet Wolfram überhaupt charakteristisch für Friedrich I. „Einerseits will Friedrich das Konkordat als Basis seiner innern Kirchenpolitik bestehen lassen, andererseits sucht er durch Beförderung auch politisch tüchtiger Leute auf die wichtigsten Bischofsstühle des Reiches eine sichere Stütze zur Ausführung seiner Pläne zu gewinnen. Diese beiden Regierungsgrundsätze kommen hier in Kollision mit einander. Da sucht er seine Handlungsweise juristisch zu decken, während er faktisch die Bestimmungen des Konkordats umgangen hat." **) Gegenüber Fechner u. Prutz, welche aus dem Ausdruck ‚sequester accessit' für die Dauer der Vakanz auf eine Erzbistumsverwesung durch Wichmann schlossen, will Wolfram für sequester die Bedeutung, die es bei den röm. Klassikern hat: Verführer, Bestecher.

concessit. Tradit enim curia et ab aecclesia eo tempore, quo sub Heinrico V. de investitura episcoporum decisa fuit inter regnum et sacerdotium controversia, sibi concessum autumnat, quod, obeuntibus episcopis, si forte in eligendo partes fiant, principis arbitrii esse, episcopum quem voluerit ex primatum suorum consilio ponere, nec aliquem electum ante consecrandum, quam ab ipsius manu regalia per sceptrum suscipiat.*)

c. 8: Porro Gerardus prepositus Romam pergens, Eugenium papam adiit, eique causam Magdeburgensis aecclesiae aperiens, Gwicmannum, ut supra dictum est, a principe per electionem alterius partis ibi locatum, multis modis de intrusione accusavit. Hanc rem quam gravissime Romanus pontifex exceperit, tam ex litteris, in quibus nonnullis episcopis, qui pro eo ob amorem regis Romanae aecclesiae scripserant, respondit, quam ex cardinalium, qui postmodum ad Transalpina directi sunt, viva voce percepimus.]

a) Schreiben Eugens III. an das Domkapitel zu Magdeburg, 1. Aug. 1152.

(Wibaldi epp. nr. 401; Jaffé, Bibliotheca I, 534 f.)

Eugenius episcopus servus servorum Dei universo capitulo Magdeburgensis aecclesiae salutem et apostolicam benedictionem.

Pervenit ad aures nostras, quod post electionem, quam de persona dilecti filii nostri G(erhardi) prepositi vestri omnes, preter septem, consilio religiosorum secundum Deum fecistis, Cicensis episcopus, neglecta sui ordinis honestate, contra iusticiam et constitutionem sanctorum patrum se in vestra aecclesia regio favore ingerere nisus sit; et, sicut accepimus, ab ipso principe investi-

---

*) Zu dieser Anspielung auf das Wormser Konkordat vgl. Otto Fris. Chron. VII, 16: Privilegium ergo de hoc ecclesiae scribitur; ac ipsis rursum, ut electi tam cisalpini quam transalpini non prius ordinentur episcopi, quam regalia de manu eius per sceptrum suscipiant, scripto confirmatur. (Sowohl nach Bernheim als nach Wolfram ein Nachtrag aus dem Jahre 1156.) Gegenüber den beiden Stellen aber vgl. den Wortlaut des Konkordats sowohl in der authentischen Fassung als in der sogenannten kaiserlichen Fassung des Cod. Udalrici (Bd. 3, nr. XXI a meiner Sammlung nebst Schlussanmerkung). Bernheim, welcher in seiner Abhandlung „Zur Gesch. des Wormser Konkordates" die Fassung im Cod. Ud. für eine absichtliche Fälschung erklärt, ist der Meinung, Ottos v. Freising Anspielungen auf das Konkordat fänden in der Kenntnis des gefälschten Aktenstücks ihre Erklärung; im Mittelalter sei es bei dem Mangel an objektiver Kritik üblich gewesen, von zwei verschiedenen überlieferten Bestimmungen diejenige als die echte anzunehmen, welche man aus subjektiven Gründen für die genehmste hielt. Wolfram a. a. O. Beil. 1 vertritt die Ansicht, dass der Schreiber des Cod. Ud. nur beabsichtigt hat, einen kürzeren Auszug der Originale zu geben, u. verneint den Zusammenhang der Stellen bei Otto mit der Fassung im Cod. Ud.; nach ihm hat Otto die echte Urkunde sehr wohl gekannt, als eifriger Parteigänger des Kaisers aber gegen sein besseres Wissen einen Inhalt angegeben, wie ihn der Hof zur Rechtfertigung der kaiserlichen Politik den Thatsachen angepasst hatte. „Er behauptet ja diese Unwahrheit nicht; er gibt nur wieder, was von der Umgebung Friedrichs gesprochen wird."

turam illicite suscipere minime formidavit. Quod quam pravum et indignum sit, qui zelo rectitudinis utitur, non ignorat. Quia ergo pati nec possumus nec debemus, quod libertas aecclesiae ancilletur, vigor aecclesiasticus confundatur et sanctorum patrum constitutiones irritentur, per presentia vobis scripta mandamus atque precipimus, quatenus, si predictus episcopus in aecclesia vestra se ingerere attemptaverit, ei assistere seu favere nullatenus presumatis, set ab eo tamquam ab invasore penitus caveatis, sciturі, quod, qui aliter presumpserit, officii sui et beneficii procul dubio iacturam incurret. Data Signie Kal. Augusti.

b) Schreiben Eugens III. an die deutschen Bischöfe, 17. Aug. 1152.

(Wibaldi epp. nr. 402; Jaffé, Bibliotheca I, 535 ff.)

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus E(berhardo) Salzburgensi, A(rtwico) Bremensi et Hi(llino) Trevirensi archiepiscopis, E(berhardo) Bambergensi, H(ermanno) Constantiensi, H(enrico) Ratisbonensi, O(ttoni) Frisingensi, C(onrado) Pataviensi, D(anieli) Pragensi, A(nselmo) Avelbergensi et B(urchardo) Egistadensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Litteras,*) quas pro causa Madeburgensis aecclesiae vestra nobis prudentia delegavit, debita benignitate suscepimus. In lectione autem et cognitione ipsarum stupore nimio et ammiratione repleti sumus, eo quod longe aliud in eis, quam vobis ex officio pontificatus immineat, perspeximus contineri. Cum enim in aecclesiae vertice sitis ex divina providentia constituti, ut de medio eius, quae fuerint nociva, propellere, quae utilia, debeatis attento studio conservare, in causa ista, sicut ex suggestione litterarum vestrarum nobis innotuit, non quid expediat aecclesiae Dei, quid sacrorum canonum sanctioni concordet, quid exinde a celesti arbitro comprobetur, set quid terrenis principibus placeat, attendistis. Et qui eorum animos a sua minus recta debuistis intentione deflectere atque ubi esset Domini via demonstrare, non persuasistis quod rectum est, nec stetistis murus pro domo Israel; quin immo ipsis, ut ait propheta, parietem edifficantibus, vos, quod sine grandi animi rancore vix dicimus, linivistis illum luto absque paleis. Non sic sentiebat princeps apostolorum, qui ex fidei suae confessione, ut totius aecclesiae fundamentum esset, accepit; set comminantibus seculi filiis et apostolis, si predicarent in nomine Iesu, mortis exterminium intentantibus, confisus de Domini virtute, respondit: Oportet obedire Deo magis quam hominibus. Vos autem, ne a terrenis videamini principibus dis-

* Dieses Schreiben ist verloren gegangen.

sentire, illi causae vestrum favorem impenditis, cui et aecclesiasticae auctoritas constitutionis et supernae voluntatis examen pro certo creditur obviare. Cum enim translationes episcoporum sine manifestae utilitatis et necessitatis indicio divinae legis oraculum fieri non permittat, cum etiam multo amplior quam in aliis electionibus cleri et populi eas debeat prevenire concordia,*) in facienda translatione de venerabili fratre nostro C(uicmanno) Cicensi episcopo nichil horum est set solus favor principis exspectatus, et nec inspecta necessitate illius aecclesiae nec considerata utilitate personae, clero nolente, immo ut dicitur ex maxima parte reclamante, in Madeburgensem eum dicitis aecclesiam transplantandum. Super quo tanto amplius ammiramur, quanto, persona illa cuius gravitatis sit atque scientiae, ab anteactis agnovimus ac perinde, quantum aecclesiae illi sit utilis, non penitus ignoramus. Quoniam igitur, quicumque temporalis aurae flatibus agitentur, nos, in illius petre soliditate fundati, quae in fundamento meruit aecclesiae collocari, sicut non debemus ita nec volumus omni vento circumferri doctrinae aut a sacrorum canonum rectitudine impulsu aliquo deviare, per presentia vobis scripta mandamus, quatenus causae isti favorem ulterius non prestetis, et apud karissimum filium nostrum F(ridericum), quem Deus hoc tempore pro servanda libertate aecclesiae in eminentiam regni evexit, efficere vestris exhortationibus studeatis, ut et ipse a sua super hoc intentione desistat et contra Deum et contra sacros ordines, contra regiae dignitatis officium eidem causae favorem suum non ulterius impendat, set aecclesiae Madeburgensi, sicut et aliis aecclesiis regni a Deo sibi commissi, liberam facultatem quem voluerit secundum Deum eligendi relinquat, et electionem ipsam postmodum favore suo, sicut decet maiestatem regiam, prosequatur. Nos vero, si, quod de supra dicto fratre nostro facere nititur, videremus ratione fulciri, nec voluntati eius nec postulationi vestrae duceremus aliquatenus obviandum; contra Deum autem et sacrorum canonum sanctiones nulli omnino peticioni possumus prebere consensum. Data Signiae 16 Kal. Septembris.**)

---

*) Diese Stelle ist ein Beleg für die in der vorausgehenden Nummer erwähnte Ansicht des Hinschius über das Verhalten Roms zu Translationen.

**) Über den Ausgang des Magdeburger Bischofsstreites handelt Otto Fris. Gesta II, c. 10: Ea tempestate Eugenius papa, vir iustus et religione insignis, ab hac luce transiens, Anastasio, homini veterano et in consuetudine illius curiae exercitato, sedem reliquit. A quo dum cardinalis quidam Girardus nomine ad terminandam Magdeburgensis electi causam missus fuisset ac principem in eadem civitate natale Domini celebrantem adisset, cum quaedam ibi secus ipsius nutum tractare vellet, indignationem eius incurrens, infectis negotiis

XXVII. Der Konstanzer Vertrag, 23. März 1153.*)

a) Vertragsentwurf.

(Wibaldi epp. nr. 417; Jaffé, Bibliotheca I, 546 f.)

In nomine Domini amen. Haec est forma concordiae et conventionis inter domnum papam Eugenium et domnum regem Romanorum Fridericum constituta, mediantibus cardinalibus Gregorio sanctae Mariae trans Tyberim, Ubaldo sanctae Praxedis, Bernhardo sancti Clementis, Octaviano sanctae Ceciliae, Rollando sancti Marci, Gregorio sancti Angeli, Widone sanctae Mariae in porticu, abbate Brunone de Caravalle**) ex parte domni papae;

---

pro quibus venerat, mandatis sevioribus inglorie redire coactus, in via etiam vita decessit. Verum princeps, missis ad Anastasium cum Gwicmanno nunciis, non solum facti sui ratihabitationem, sed etiam pallium obtinere eum fecit, non sine quorumdam scandalo, qui, ne unquam id fieret, immobiliter fixum Romanos tenere, a proprio ipsorum ore audierant. Exhinc non solum in secularibus, sed et in aecclesiasticis negotiis disponendis auctoritas principis plurimum crevit.

*) Vgl. Prutz a. a. O. I, 47 f.; Jungfer, Untersuchungen der Nachrichten über Friedrichs I. griechische u. normannische Politik bis z. Wormser Reichstag (1157) S. 9; Giesebrecht V, 24 f.; Kap-Herr a. a. O. S. 42 f., 49 f.; Zeppelein, Der Konstanzer Vertrag Friedrichs I. 1133 (Schrr. d. V. f. G. d. Bodensees 16, 30 ff.). — Mit Recht hebt Kap-Herr gegenüber Jungfer hervor, die gegen Byzanz gerichtete Bestimmung sei nicht für den möglichen Fall, dass einmal griechische Eroberungsgelüste sich zeigen sollten, in den Vertrag aufgenommen worden, sondern ihr liege eine reale Befürchtung zu Grunde. Den Anlass hiezu kann ich jedoch nicht, wie Kap-Herr, einzig, ja nicht einmal vornehmlich in der Besetzung Ankonas 1151/52 finden. Die Vertragsbestimmung war sicherlich von der Kurie gefordert worden u. zwar in Rücksicht auf den Vertrag zwischen Manuel und Konrad III., von dessen Durchführung man eine Schmälerung der Rechte des hl. Stuhles befürchtet hatte (s. nr. XXI u. Anm. meiner Sammlung). Allerdings hat das einseitige Vorgehen des byzantinischen Kaisers, namentlich die Eröffnung des Krieges wider die Normannen mit der Besetzung Ankonas, die Wirkung gehabt, dass die königlichen Unterhändler u. schliesslich der König selber in die Forderung der Kurie einwilligten. Wenn Rom dem Byzantiner gegenüber das gleiche Versprechen auferlegt wird, wie dem deutschen Könige, so geschah dies wahrscheinlich nur um der äusseren Konformität der beiderseitigen Verheissungen willen; es müsste denn damals bereits der Wunsch Manuels nach einer Vereinigung der griechischen mit der römischen Kirche im Abendlande bekannt gewesen, u. daraus eine Gefahr für das römische Kaisertum der deutschen Könige befürchtet worden sein. Ein Gewicht ist meines Erachtens nur zu legen auf die päpstliche Verpflichtung zum bewaffneten Einschreiten, falls der byzantinische Kaiser die Aktion von 1151/52 erneuern sollte. — Mit Unrecht spricht Prutz von einer ausdrücklichen päpstlichen Verpflichtung, den Normannen keine Zugeständnisse zu machen. Auch darin kann ich ihm nicht zustimmen, wenn er den Vorteil des Konstanzer Bündnisses ganz auf Seiten Friedrichs findet. Hätte dann wohl der kluge Papst Hadrian IV., gleich nachdem Friedrich auf seinem ersten Römerzuge die Alpen überstiegen hatte, Gesandte an diesen geschickt, um den Vertrag zu erneuern? **) Gemeint ist der Abt des Cisterzienserklosters Chiaravalle b. Mailand.

Anselmo Havelbergensi, Herimanno Constantiensi episcopis, Outhelrico de Lenceburch, Widone Werra, Widone Blandratense comitibus ex parte domni regis.

Domnus siquidem rex iurare faciet unum de ministerialibus regni in anima regis, et ipse idem manu propria data fide in manu legati domni papae promittet: quod ipse nec trevam nec pacem faciet cum Romanis nec cum Rogerio Siciliae sine libero consensu et voluntate Romanae aecclesiae et domni papae Eugenii vel successorum eius, qui tenorem subscripte concordiae tenere cum rege F(riderico) voluerint; et pro viribus regni laborabit Romanos subiugare domno papae et Romanae aecclesiae, sicut umquam fuerunt a centum annis retro. Honorem papatus et regalia beati Petri, sicut devotus et specialis advocatus sanctae Romanae aecclesiae, contra homines pro posse suo eidem conservabit; et defendet, quae nunc habet; quae vero nunc non habet, recuperare pro posse iuvabit et recuperata defendet. Grecorum quoque regi nullam terram ex ista parte maris concedet; quodsi forte ille invaserit, pro viribus regni, quantocius poterit, ipsum eicere curabit. Haec omnia faciet et observabit sine fraude et malo ingenio.

Domnus vero papa apostolicae auctoritatis verbo una cum predictis cardinalibus in presentia prescriptorum legatorum domni regis promisit et observabit: quod eum sicut karissimum filium beati Petri honorabit; et venientem pro plenitudine coronae suae sine difficultate et contradictione, quantum in ipso est, in imperatorem coronabit; et ad manutenendum atque augendum ac dilatandum honorem regni pro debito officii sui iuvabit. Et quicumque iusticiam et honorem regni conculcare aut subvertere ausu temerario presumpserint, domnus papa, a regiae dignitatis dilectione premonitus, canonice ad satisfactionem eos commonebit; quodsi regi ad apostolicam admonitionem de iure et honore regio iusticiam exhibere contempserint, excommunicationis sententia innodentur. Regi autem Grecorum ex ista parte maris terram non concedet; quodsi ille invadere presumpserit, domnus papa viribus beati Petri eum eicere curabit.

Haec omnia ex utraque parte sine fraude et sine malo ingenio servabuntur, nisi forte libero et communi consensu utriusque immutentur.

b) Königliche Ausfertigung.*)

(Theiner, Cod. dom. temp. s. Sedis I, 15 f.)

Venerabili in Christo patri Eugenio dei gratia Apostolice Sedis Pontifici, Fredericus dei gratia Romanorum Imperator

*) Theiner gibt diese Ratifikationsurkunde nach Cencius, liber censuum; Pertz, M. G. legg. II, 93 f. hat sie nach Baronius, Ann. Eccl. u. nach dem Cod. Vat. nr. 2040 mbr. sec. XIV. XV. fol. 53[1] ediert.

Augustus, filialem dilectionem et debitam in Christo reverentiam. Regie maiestatis dignitas postulat, que ad pacis et concordie bonum spectare noscuntur, attenta sollicitudine stabilire, et ut inter regnum et sacerdotium indissolubili caritate bonum ipsum perpetuo perseveret, diligenti studio et exacta diligentia laborare. Huius itaque rationis prospectu concordiam inferius annotatam, que inter nos et vos, auctore deo, statuta est, sicut ab utraque parte stabilita est et ordinata, ne aliquid arbitrio nostro immutasse videamur, per eadem verba presentis serie scripti precipimus annotari.

In nomine domini Amen. Hec est concordie forma et conventionis inter dominum papam Eugenium et dominum Federicum Romanorum imperatorem, constituta mediantibus Gregorio sancte Marie Transtiberim, Hubaldo sancte Praxedis, Bernardo sancti Clementis, Octaviano sancte Cecilie, Rollando sancti Marci, Gregorio sancti Angeli, Guidone sancte Marie in Porticu et Brunone Abbate de Claravalle ex parte domini pape; Anselmo vero Avelbergensi, Hermanno Constantiensi Episcopis, Olderico de Zenzburch, Guidone Guerra et Guidone Blandratensi Comitibus ex parte domini Regis. Dominus siquidem Rex unum de maioribus ministralibus regni faciet in anima regis iurare, et ipse propria manu data fide in manu Legati domini pape promisit, quod ipse nec treugam, nec pacem faciet cum Romanis, nec cum Rogerio Sicilie sine libero consensu et voluntate Romane ecclesie, et domini pape Eugenii vel successorum suorum, qui tenorem subscripte concordie cum eodem Frederico tenere voluerint, et pro viribus loborabit Romanos subiugare domino pape, sicut melius umquam fuerunt a centum retro annis. Honorem papatus et regalia beati Petri sicut devotus et specialis advocatus sancte Romane ecclesie contra omnes homines pro posse suo conservabit et defendet, que nunc habet; que vero nunc non habet, recuperare pro posse iuvabit, et recuperata defendet. Grecorum quoque regi nullam terram in ista parte maris concedet; quod si forte ille invaserit, pro viribus regni, quanto citius poterit, ipsum eicere curabit. Hec omnia faciet et observabit sine fraude et malo ingenio.

Dominus vero papa apostolice auctoritatis verbo una cum predictis Cardinalibus in presentia prescriptorum legatorum domini Regis promisit et observabit, quod eum sicut karissimum beati Petri filium honorabit, et venientem pro corone sue plenitudine sine difficultate et contradictione, quam cum imperio est,[a] Imperatorem coronabit, et ad manutenendum atque augendum et dilatandum honorem imperii pro debito officii sui iuvabit; et qui-

a) Statt dieser unverständlichen Worte ist vermutlich auch hier zu lesen: quantum in ipso est.

cumque iustitiam et honorem Regni conculcare aut subvertere ausu temerario presumpserint, dominus papa a regie dignitatis dilectione premonitus eos ad satisfactionem canonice commonebit; quod si regi ad apostolicam ammonitionem de iure et honore regio iustitiam exhibere contempserint, excommunicationis sententia innodentur. Regi etiam Grecorum ex ista parte maris terram non concedet; quod si ille invadere presumpserit, dominus papa iuribus beati Petri eum reicere curabit.

Hec omnia ex utraque parte sine fraude et malo ingenio servabuntur, nisi forte libero et communi consensu utriusque immutentur. Testes autem, quorum nomina subscripta videntur, Arnoldus Coloniensis Archiepiscopus, Hermannus Constantiensis episcopus, Anselmus Avelbergensis episcopus, Ardicio Cumanus episcopus, (Adalgottus) Curiensis episcopus, Wilbaldus Stabulensis Abbas, Albertus Coloniensis decanus, Magister Henricus notarius, Gottifredus Viterbiensis Capellanus regis; ex laicis quoque Welpho dux, Marchio Hermannus de Baden, Comes Ulricus de Lenzburch, Comes Wernerus de Lensburch, Anselmus Camerarius et ministerialis regis.

Signum domini Frederici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Arnoldus Cancellarius recognovi.

Datum Constantie X. Kal. Aprilis, Indictione XV. anno dominice incarnationis MCLII. regnante domino Frederico Romanorum rege glorioso, anno vero Regni eius primo.[a)]

XXVIII. Friedrichs erstes Schreiben an Kaiser Manuel, Sept. 1153.*)

(Wib. epp. nr. 410; Jaffé, Bibliotheca I, 548 f.)

[Otto Fris. Gesta II, c. 11 (das vorausgehende Kapitel befindet sich nr. XXVI, Schlussanmerkung meiner Sammlung): Circa idem tempus, mense Septembri, principes maioresque Baioariae a rege Ratisponae convocantur; sed nichil ibi de bono pacis in illa provincia propter duorum ducum litem terminari poterat. Rex tamen, quia non multo ante haec per apostolicae sedis legatos ab uxore sua ob vinculum consanguinitatis separatus fuerat,

---

a) Der Monatstag passt in das Itinerar Friedrichs; dagegen die Indiktion, die Regierungs- u. Jahreszahl sind zu ändern in: ind. I., a. d. incarnationis MCLIII., a. regni eius II. Watterich, Pont. Rom. Vit. II, 320 vermutet, dass durch einen Fehler des Abschreibers diese Daten aus dem Vertragsentwurf in die königl. Ausfertigungsurkunde herübergenommen seien.

*) Über diese erste Gesandtschaft Friedrichs nach Byzanz u. über die ihr vorhergehende u. nachfolgende griechische, sowie über die zweite deutsche Legation vgl. Jungfer a. a. O. S. 12 ff.; Detloff, Der erste Römerzug K. Friedrichs I. 1154/55 S. 27 f.; Giesebrecht V, 32 f., 37; Dombrowski, Anselm v. Havelberg S. 48 ff.; Kap-Herr a. a. O. S. 52 ff. Exkurs 3. Sowohl Detloff als Giesebrecht erblicken in der obigen Stelle bei Otto Fris. Gesta II, c. 11 eine Kombination zweier Gesandtschaften, von denen die eine im September 1153 von Regensburg aus, die andere im Herbst 1154 abgeschickt sei.

pro ducenda alia pertractans, ad Manuel Grecorum imperatorem tam pro hoc negotio quam pro Gwilhelmo Siculo, qui patri suo Rogerio noviter defuncto (Februar 1154) successerat, utriusque imperii invasore, debellando in Greciam legatos destinandos ordinat, sicque primatum suorum consilio Anshelmus Havelbergensis episcopus et Alexander Apuliae quondam comes, sed a Rogerio cum caeteris eiusdem provinciae nobilibus, ob suspitionem dominandi propulsus, eandem legationem suscipiunt. Proximo dehinc mense Decembrio utrique duces Heinricus et itidem Heinricus iudicio principis in civitate Spira adsistunt; sed iterum altero de legittima se vocatione excusante, res protelatur (1153).]

F(idericus) Dei gratia Romanorum imperator augustus, magnus ac pacificus, a Deo coronatus, dilectissimo fratri et amico suo M(anueli), Porphirogenito, sublimi et glorioso imperatori Constantinopolitano, fraternam dilectionem et de inimicis victoriam.

Magnitudinis tuae litteras nuper ad nostram presentiam per nuntium tuum directas cum benivolentia et alacritate suscepimus. Quibus inspectis et diligenter intellectis, gaudio gavisi sumus tam de sospitate celsitudinis tuae et imperii tui prosperitate, quam de tua erga germanitatis nostrae coniunctionem affectione.

Während aber Detloff (u. nach ihm Dombrowski) beidemale Anselm v. Havelberg nach Byzanz gehen lässt, erscheint dieser Bischof bei Giesebrecht nur als Träger der zweiten Legation; die Persönlichkeiten der ersten Gesandtschaft bleiben unbekannt. Kap-Herr jedoch folgert aus dem Zusammenhang des Kapitels 11 mit dem im vorausgehenden Kapitel geschilderten Begebenheiten, Sendung des Kardinals Gerhard nach Deutschland, des Erzbischofs Wichmann v. Magdeburg nach Rom, welche beide im Jahre 1154 erfolgt seien, dass die an jener Stelle berichtete Gesandtschaft nur ins Jahr 1154 fallen könne, dass also bei Otto nur die zweite Gesandtschaft Erwähnung finde, also nur diese von Regensburg aus abgesandt worden sei, was auch in das Itinerar Friedrichs passe. Darnach basiert die Kunde von der ersten Gesandtschaft Friedrichs nunmehr auf dem Schreiben Friedrichs sowie auf dem Begleitbrief Wibalds (Wib. epp. nr. 411; Jaffé, Bibliotheca I, 550), dem Antwortschreiben Manuels vom 22. Nov. 1153 (Wib. epp. nr. 424; Jaffé I, 561) u. dem Berichte des Kinnamos IV, 1. Was die Zeitbestimmung der zweiten Legation anbelangt, so schliesst Kap-Herr aus dem Ausdruck „superveniente estate" in unserem Briefe u. der Datierung v. Manuels Antwortschreiben (22. Nov.), dass sie nicht vor dem September 1153 abgeordnet worden sei, kommt also in dieser Beziehung zum selben Resultat, wie die obigen. Manuels erster Brief ist nach ihm „etwa Mai—Juli" zu datieren. — Ich stimme Kap-Herr darin bei, dass der Inhalt des c. 11 bei Otto im allgemeinen dem Jahre 1154 zuzuweisen ist, dass der dort gegebene Gesandtschaftsbericht in erster Linie auf die zweite Gesandtschaft Friedrichs zu beziehen ist u. dass nur diese von Regensburg aus abging. Aber gerade der Umstand, dass die beiden Gesandtschaften um dieselbe Jahreszeit abgesandt wurden, macht mir die Vermutung wahrscheinlich, dass obiger Bericht denn doch auf einer Kombination der zweiten Gesandtschaft mit der ersten beruht; umsomehr als das von Detloff nachgewiesene Fehlen Anselms unter den Urkundenzeugen vom Juni 1153 bis Januar 1154 für eine Legation Anselms bereits im Jahre 1153 spricht und die Identität der Träger beider Gesandtschaften ein weiterer Erklärungsgrund für eine Verwechslung oder Verschmelzung beider Gesandtschaften wäre.

Siquidem beatae ac semper recolendae memoriae predecessor ac patruus noster, inclitus triumphator, sanctissimus videlicet imperator Conradus, moriens, cum nos declarasset imperii sui successores, inter precipua pie ac paterne ammonitionis documenta instanter nos hortatus est: ut amicitiam tuam fideliter amplecteremur et fraternitatis vinculum inter nos indissolubili vinculo necteremus, quatenus imperia nostra per dilectionem unum fierent et utrique idem amicus idemque hostis existeret. Inde est, quod nos, ammonitionem eius effectu prosequente complere maturantes, et etiam voluntati tuae, quam ex litteris tuis persensimus, ad confirmandam inter nos amicitiam fraterna benignitate occurritantes, ad augmentum firmioris concordiae et incrementum utriusque imperii thalamum nobis de aula imperii tui preparari et de sanguine tuo uxorem ducere Deo annuente desideramus. Eapropter sublimitati tuae celeres et expeditos nuntios premittere curavimus, per quos, sub omni festinatione ad nos remissos, sapientiae tuae super hoc voluntatem in brevi cognoscamus. Quoniam, omnibus per imperii nostri latitudinem provinciis, Dei prestante omnipotentia, quieta pace fruentibus, expeditionem nostram versus Apuliam et Siciliam cum ingenti principum nostrorum ac tocius miliciae favore, iuramentis omnium ex more firmatam, ordinavimus*), et in superveniente estate, tempore videlicet quo reges ad bella solent procedere', in fortitudine magna imperii nostri Alpes transire disposuimus. Eis, quae de negocio instanti presentibus legatis viva voce dicenda mandavimus, fides indubitanter adhibeatur.

XXIX. Privileg Friedrichs I. an Heinrich den Löwen, Goslar Anf. Juni 1154.**)

(Mecklenburg. Urkundenbuch I, 46 f.)

[Otto Fris. Gesta II, c. 11: Itaque Fridericus, dum iam fere per biennium ad decidendam litem duorum principum, sibi, ut dictum est, ex propinquitate sanguinis tam affinium, laborasset, tandem alterius instantia, qui in paternam hereditatem, a qua diu propulsus fuerat, redire cupiebat, flexus,

*) Die Beschwörung der Romfahrt fand auf dem Reichstage zu Würzburg, Mitte Oktober 1152 statt. Otto Fris. Gesta II, c. 7: expeditio Italica . . . paulo minus quam ad duos annos iurata est. Dem entsprechend berichtet derselbe II, c. 11: princeps . . . anno regni sui tercio (1154) in campania Lici . . . circa principium mensis Octobris militem in Italiam iturus collegit . . . finitis ex quo iurata fuerat primo expeditio pene duobus annis.

**) Das Original der Urkunde befindet sich im Braunschweiger Gesamtarchiv zu Wolfenbüttel; sie ist publiziert worden in den Origines Guelficae und darnach im Mecklenburger Urkundenbuch. Dieselbe ist weder datiert noch rekognosziert. Da Friedrich sich als rex bezeichnet, muss die Urkunde vor

imminente etiam sibi expeditionis labore, in qua eundem iuvenem militem sociumque viae habere debuit, finem negotio imponere cogebatur. Proinde in oppido Saxoniae Goslariae curiam celebrans, utrosque duces datis edictis evocavit. Ubi dum, altero veniente, alter se absentaret, iudicio principum alteri, id est Heinrico Saxoniae duci, Baioariae ducatus adiudicatur.]

C. In nomine sanctae et indiuidue trinitatis. Fridericvs diuina fauente clementia Romanorum rex. Quia ad regie dignitatis apicem dei gratia conscendimus, iccirco dignum est, ipsius, a quo omnis est potestas, notitiam, honorem, cultum ampliare, dilatare, ut, sicut ab eius gratia sunt omnia, ita eius gloriae seruiant uniuersa. Nouerit ergo tam futurorum, quam presentium industria, qualiter nos dilecto nostro Heinrico duci Saxoniae iniunximus, ut in prouincia ultra Albim, quam a nostra munificentia tenet, episcopatus et aecclesias ad dilatandum christiani nominis imperium instituat, plantet et aedificet; liberamque ei concessimus potestatem, ut aecclesiis illis de bonis regni conferat, prout uoluntas sua persuaserit et terrarum spaciositas permiserit. Cui negocio ut studiosius et deuotius insistat, ipsi et omnibus sibi in hac prouincia successuris concedimus inuestituram trium episcopatuum Aldenburc, Michelinburc, Racezburc, ut, quicunque in locum episcoporum ibidem subrogandi sunt, a manu ipsius, quod regii iuris est, tamquam a nostra recipiant. Id etiam adiungimus, quod, si in prouinciis circumquaque, in quibus necdum christiana religio tenetur, episcopatus sua strenuitate fundare potuerit, in his eadem potestate fungatvr. Et ut hec nostre concessionis auctoritas stabilis et inconuulsa per successura temporum momenta permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria, ut infra uidetur, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Acta autem sunt hec

---

poterit evadere de manibus tantorum ligatorum? Transivimus per omnes illas maritimas civitates, scilicet Pisaurum, Fermum, Senogellum, honorem nostrum[a] promouendo sicut et loci et temporis opportunitas expetebat. Anconitani vero, vocati ad nos, venire contemserunt, qua de causa expeditionem nostram contra eos indiximus. Collectis itaque tam militum quam peditum magnis copiis, castra metati sumus iuxta mare in eo loco, ubi et vos et palatinus balneastis, volentes civitatem assultu petere et quicquid est extra muros devastare. Cives vero, periculum sibi imminere cernentes, rogaverunt Grecum, filium videlicet Megal(i) domest(ici), ut nobis occurreret et iram nostram mitigaret. Qui, misso ad nos comite Alex(io), petiit, ut et civitati vellemus pro ipsius amore et obsequio parcere et ipsum alloqui et videre. Exivit ad nos cum omnibus soldariis suis satis prope castra nostra, et nos cum magno apparatu in tympanis et vexillis et equis phaleratis eum suscepimus, multa, quae de ipso nobis fuerint relata, ei obiicientes. De quibus ipse s a t i s c o m p e t e n t e r e t m a n i f e s t e se excusavit, asserens se et totam pecuniam domini sui ad beneplacitum nostrum[a] expositurum. Consulibus vero Anconensibus et populo offensam nostram distulimus petitione Greci, recepto tamen ab eis iuramento, quod vobis viva voce cum aliis multis, quae scribere longum foret, dicemus. His omnibus compositis ab expeditione et armis manum continuimus.†)

---

a) nr. 2: vestrum.

†) Ich erachte es für notwendig, an dieser Stelle eine gedrängte Übersicht ü b e r die B e z i e h u n g e n F r i e d r i c h s zu B y z a n z zu geben. In dem Konstanzer Vertrag vom 23. März 1153 verpflichtet sich Friedrich, dem griechischen Kaiser kein Küstenland von Italien abzutreten. Vgl. nr. XXVII. Im Sommer 1153 bittet eine griechische Gesandtschaft um Erneuerung des Bündnisses zwischen Konrad III. und Byzanz. Hierauf geht sowohl Herbst 1153 als Herbst 1154 eine deutsche Gesandtschaft nach Konstantinopel (letztere unmittelbar vor dem Aufbruche Friedrichs zum ersten Römerzuge), um eine verwandtschaftliche Verbindung zwischen den beiden Höfen zu verhandeln u. zugleich ein politisches Bündnis zu schliessen, dessen Spitze gegen den gemeinsamen Feind, den König von Sizilien, gerichtet war. Über den Verlauf der Verhandlungen haben wir von deutscher Seite keinen Bericht. Nach dem wenig verlässigen Kinnamos ist es allerdings zu keiner Verständigung gekommen und zwar wegen der byzantinischen Forderung der Rückgabe Italiens (wohl gemeint Unteritalien!). Vgl. nr. XXVIII. Um Pfingsten 1155 trifft der eine der beiden Träger der letzten Gesandtschaft, Anselm v. Havelberg, im Lager Friedrichs ein, der auf dem Zuge nach Rom begriffen ist (Otto Fris. II, c. 27; Detloff a. a. O. S. 26; Kap-Herr a. a. O. S. 56). Die Nachricht von der Rückkunft Anselms u. seiner Erhebung zum Erzbischof v. Ravenna wird von Otto unmittelbar mit der Meldung verbunden, dass F. eine pisanische Gesandtschaft aufgefordert habe, Schiffe gegen den Normannenkönig bereitzuhalten. Nach der Kaiserkrönung empfängt F. in der Gegend von Ankona eine byzant. Gesandtschaft, in ihrer Begleitung den zweiten Träger der letzten Gesandtschaft, Alexander von Gravina; die Gesandten suchen den Kaiser zum sofortigen Kriege gegen Sizilien zu bewegen u. bieten bedeutende

Archiepiscopus vero, adhuc nobiscum existens et pro liberatione hominum suorum laborans, multa precum instantia hoc ob-

Hilfsgelder an. Friedrich behält die Griechen „per aliquot dies" bei sich; er ist sowohl nach seinen eigenen Worten als nach dem Berichte Ottos zum Kriege gegen Sizilien bereit, die Expedition scheitert an der erneuerten Weigerung der Fürsten. Von einer byzantinischen Gebietsforderung lässt weder Friedrichs Brief noch Otto an dieser Stelle etwas verlauten. Nach Kinnamos hätten die byz. Gesandten den Kaiser zum letzten Mal aufgefordert, die im Vertrage mit Konrad versprochene Abtretung von Italien zu vollziehen; auf die Weigerung des Kaisers hätten sie auf eigene Faust den Krieg gegen den Normannen begonnen. Eine vierte, päpstliche Quelle (die Vita Hadriani) knüpft an den Bericht von dem Eintreffen der byz. Gesandtschaft in Ankona unmittelbar die Nachricht an, der byz. Kaiser habe an den Papst geschrieben „rogans et petens ab eo, ut de civitatibus Apuliae, quae sitae sunt in maritimis, tres eidem imperatori eo tenore concederet, ut ipse ad expugnandum praedictum regem et de tota Sicilia expellendum sufficienter eidem Pontifici vires tam in pecunia quam in militibus et aliis armatorum praesidiis indeficienter conferret. Praeterea quinque millia libras auri eidem Papae eiusque curiae nihilominus dare promisit." Vgl. nr. XXXIII. Während Friedrich noch von Ankona aus den Abt Wibald v. Korvei an den byz. Hof schickt (Otto Fris. II, c. 36), verbinden sich die in Italien anwesenden Griechen mit aufständischen Normannen und bringen Kampanien und einen grossen Teil Apuliens in ihre Gewalt. Bei ihrem Vorgehen zeigen sie Briefe mit kaiserlichem Insiegel vor („litteras quasdam sigillo suo clausas"), die sie „per surreptionem" empfangen haben (Otto Fris. II, c. 49). Die Briefe benützen sie in Kampanien u. Apulien als Ausweise dafür, dass ihnen Seeplätze vom Kaiser abgetreten worden seien („ostensisque imperialibus litteris, maritima sibi a principe concessa fuisse loca, mentiuntur"). Die Nachricht hievon dringt nach Deutschland u. zugleich das Gerücht, Wilhelm sei gestorben oder wahnsinnig geworden, die Griechen im Besitze aller seiner Länder (Otto ibidem). F. lässt zu Würzburg, Juni 1156, eine Heerfahrt zur Vertreibung der Griechen aus Apulien beschwören („expeditionem ... proxime Wirzeburch propter invasionem Grecorum in Apuliam iurari precepimus" schreibt der Kaiser später an den Bischof v. Freising, Otto Fris. II, c. 50), einmal wegen des Missbrauchs jener Briefe u. dann, weil er, wie Otto II, c. 49 ausdrücklich berichtet, Gebiete des Reiches nicht in fremde Hände gelangen lassen wollte. Gleichzeitig findet in Würzburg die Vermählung Friedrichs mit Beatrix von Burgund statt und wird damit der Plan einer verwandtschaftlichen Verbindung der beiden Kaiserhöfe endgiltig aufgegeben (ibidem c. 49). Die griechischen Gesandten, welche mit dem von Konstantinopel zurückkehrenden Wibald nach Deutschland kommen, werden nicht vorgelassen. Inzwischen trifft die Nachricht von der gänzlichen Niederlage der Griechen u. zugleich von der Versöhnung des Papstes mit Wilhelm v. Sizilien in der Conventio Benventanna ein. Nun wird die Heerfahrt gegen die Griechen in Apulien aufgegeben, die griechische Gesandtschaft im Juli 1156 in Nürnberg vorgelassen u. mit ihnen als deutscher Gesandter der kaiserl. Kaplan Stephan nach Konstantinopel geschickt. „per quem princeps de illius principis voluntate amplius cognoscat" (ibidem c. 53). Über die Resultate der Sendung Stephans ist keine Nachricht auf uns gekommen. Aber am 19. Jan. 1157 schreibt Hadrian IV. an Abt Wibald (Wib. epp. nr. 454; Jaffé I, 585): „Licet plurimi astruere moliantur, quod multa in Grecia praeter eam quam de te habemus opinionem contra nos et matrem tuam sacrosanctam Romanam ecclesiam fueris machinatus, nos tamen huic assertioni fidem nolumus adhibere." Gegenstand der Furcht

tinuit, quod captivos cum integritate rerum suarum dimisimus hac conditione, quod tota civitas debitam nobis iuret fidelitatem. Et

---

von seiten der Kurie kann wohl nur das sein, was zwischen Byzanz u. Deutschland seit der Conventio Benventana (Juni 1156) verhandelt wurde; vorher waren ja Papst u. Byzanz Verbündete gegen Wilhelm. Ich beziehe daher die Worte des Papstes mehr auf die Sendung u. Thätigkeit des Kaplans Stephan. Der Name Wibalds ist mit diesen Machinationen wohl desshalb in Verbindung gebracht worden, weil er unmittelbar vor Stephan in Byzanz war und mit derselben byz. Gesandtschaft nach Deutschland kam, mit der Stephan nach Byzanz ging. Ende März u. Anf. April 1157 wird zu Fulda u. Worms die Reichsheerfahrt gegen Mailand auf acht Tage nach Pfingsten 1158 beschworen. Auf dem Reichstage zu Würzburg, Sept. 1157, sind wieder griechische Gesandte anwesend. Ragewin III, c. 6 berichtet, abgesehen von einem zeremoniellen Zwischenfalle, nur, dass sie im Namen der Kaiserin Irene die Schwertleite für ihren Neffen, Friedrich von Rotenburg, gefordert hätten. Bald darauf, nach der Angabe der Annales Casinenses im November 1157, jedenfalls ziemlich gleichzeitig mit dem Zwischenfall von Besançon, erscheint der Protostrator Alexius in Ankona, wirbt Truppen u. schickt diese unter Anführung eines apulischen Flüchtlings nach Kampanien. Kinnamos IV, 14; Niketas II, 8; Ann. Cas. M. G. S. S. XIX, 311. Beim Eintreffen der Königsboten Rainald v. Dassel u. Otto v. Wittelsbach weilen die Anführer der griech. Expedition in Ankona. Über das Auftreten jener gegenüber den Griechen dient uns als Hauptquelle ausser obigem Berichte der Königsboten die Darstellung bei Ragewin III, c. 21. Dazu ist zu vergleichen Kinnamos IV, c. 14, welcher den Vertrag zwischen den Griechen u. Ankona überliefert; „*οἱ γὰρ τῇδε ἄνθρωποι ὅρκους βασιλεῖ φθάσαντες ἔδοσαν, ῥηγὶ μὲν τῷ Ἀλαμανῶν οὔποτε ἑκόντες πολεμήσειν, χρήματα δὲ τοῦ βασιλέως καὶ Ῥωμαίων, οὓς ἂν αὐτὸς πέμψειε, τούτους δὴ τηρήσειν ὅσα καὶ ἑαυτούς.*“ Die Verträge mit Ankona und Ravenna waren meines Erachtens gleichlautend und sind daher die beiderseitigen Überlieferungen gegenseitig zu ergänzen; die Schutzverpflichtung erstreckte sich in beiden Verträgen auf Personen wie Sachen, die das Verhalten gegen den deutschen König normierende Klausel stand nicht bloss im Vertrage mit Ankona, sondern auch in dem mit Ravenna. Aus der Darstellung Ragewins hebe ich heraus die rein persönliche Bemerkung, dass die Griechen in Ankona weilten „specie quidem, quo adversus Wilhelmum Siculum largitione pecuniae milites qui solidarii vocantur colligerent, re autem vera, (sicut tunc fama fuit — Rec. A.), ut civitates maritimas, quod sepius antehac attemptatum novimus, seu vi seu dolo sub Grecorum redigerent ditionem“, sowie die Schlussnotiz, dass die Griechen gleichzeitig mit der Rückkehr der Königsboten nach Modena die Rückfahrt nach Byzanz antraten. Die Verhandlungen mit Byzanz dauern fort. Im Juli 1158 stirbt Wibald auf der Rückkehr von einer Gesandtschaft nach Griechenland. Er muss also in der Zeit zwischen dem Ereignis von Besançon und dem Antritt des zweiten italienischen Zuges, vielleicht gleichzeitig mit den Königsboten, abgeschickt worden sein. Bald nach dem Tode Wibalds, im Herbst 1158 schliesst Byzanz nach einer Niederlage zur See einen 30jähr. Waffenstillstand mit Sizilien; als Vermittler gibt Niketas Papst Hadrian IV. an (vgl. nr. XXXVIII). Damals stand Friedrich bereits in Oberitalien. Anfang d. J. 1159 treffen wir wieder eine griechische Gesandtschaft bei Friedrich, aber, wenigstens nach Ragewin zu schliessen, nur um sich von dem etwaigen Verdachte einer Schuld am Tode Wibalds zu reinigen (Rag. IV, c. 24). Nach der Synode v. Pavia (5.—11. Februar 1160) geht eine deutsche Gesandtschaft nach Konstantinopel „responsa portantes, ut dicebatur, super petione Constantinopolitani principis de Pentapoleos [et]

aliter facere non potuimus, quia archiepiscopus in nostro servitio nobiscum erat et ipsi fere eo presente capti sunt et nisi

maritimis in Apulia et quibusdam secretioribus consultationibus contra Wilhelmum, Rogerii Siculi filium et in regno successorem". Ragewin IV, c. 84. Der nächste Zweck war natürlich, die Anerkennung Victors IV. zu erwirken. Wie aus responsa zu schliessen, ist die Anregung zu einer Wiederannäherung Deutschlands und Byzanz' seit dem griechisch-normannischen Frieden von Konstantinopel, nicht von Friedrich ausgegangen. Im Jahre 1161 hat sich jedoch Manuel für Alexander III. erklärt. Hierüber und über die grosse Koalition wider Friedrich s. nr. XLI. — Es drängen sich vor allem zwei Fragen auf: Welche Gebietsabtretung hat Byzanz für seine im Kriege gegen Sizilien zu machenden Ausgaben gefordert, wie verhält sich Friedrich dazu und, im Zusammenhang damit, sind die griechischen Aktionen von 1155 u. 1157/58 im Einverständnis mit Friedrich erfolgt? Nach der zuletzt angeführten Stelle bei Ragewin bildete noch im J. 1160 neben dem päpstlichen Schisma der Krieg gegen den Normannenkönig u. die petitio Constantinopolitani principis de Pontapoleos [et] maritimis in Apulia den Gegenstand der Verhandlungen zwischen Friedrich u. Manuel. Wie aus responsa portantes zu schliessen ist, war die petitio der Preis, um den der Griechenkaiser sich bereit erklärt hatte, den mit Sizilien geschlossenen Waffenstillstand zu künden. Ist es schon an u. für sich wahrscheinlich, dass die Forderung nicht neu ist, sondern nur eine Wiederholung dessen, was der Byzantiner bei den früheren Verhandlungen bezüglich eines gemeinsamen Zuges wider den Normannen gefordert, so sprechen noch überdies andere Stellen ganz bestimmt dafür, wie ich später zeigen werde. Sowohl Giesebrecht wie Kap-Herr lassen das allerdings in den Rec. B u. C fehlende et weg; der erstere übersetzt „5 Seestädte in Apulien"; der zweite „die Maritima Pentapoleos in Apulien". Allein erstere Übersetzung kann ich formell nicht für erlaubt halten, letztere ist inhaltlich falsch; die Pentapolis liegt einfach nicht in Apulien. Ich erachte das in Rec. A überlieferte et für unentbehrlich u. übersetze „die auf Küstenplätze in der Pentapolis u. in Apulien bezügliche Forderung des Kaisers". Dass Küstenplätze in Apulien unter Friedrich Gegenstand byz. Forderung waren, geht einmal aus dem angeführten Briefe in der Vita Hadriani hervor, wonach Manuel den Papst um Abtretung dreier apulischer Seestädte bittet, dann aus dem von Ragewin angegebenen Zweke des Missbrauchs jener kaiserlichen Briefe; die Griechen zeigen in Apulien die kaiserlichen Briefe als Ausweis dafür vor, „maritima sibi a principe concessa fuisse loca". Die Forderung von Seeplätzen in der Pentapolis aber lässt sich schon mit den wiederholten griechischen Festsetzungen in diesen Gegenden begründen, und dann sagt ja Ragewin (III, c. 21) ausdrücklich, dass die Griechen Seestädte in der Pentapolis in ihre Gewalt bringen wollten und mehrfach den Versuch dazu gemacht hätten. Ob schon unter Konrad dieselben Forderungen gestellt worden sind, lässt sich nicht sagen. Nach Kinnamos allerdings wäre die unter Friedrich geforderte Gebietsabtretung nur Erfüllung des Vertrages zwischen Konrad u. Manuel gewesen. (Vgl. nr. XXI.). Im Winter 1154/55 scheint mir nun wirklich durch die Gesandten Anselm v. Havelberg u. Alexander v. Gravina eine prinzipielle Einigung mit dem byz. Hofe erzielt worden zu sein. Da nämlich, wie oben bemerkt, die Nachricht von dem Eintreffen Anselms beim Kaiser von Otto unmittelbar verbunden wird mit der Meldung, dass Friedrich eine pisanische Gesandtschaft aufgefordert habe, Schiffe gegen den Normannenkönig zu rüsten; da ferner einerseits Ragewin überliefert, dass in der Gegend von Ankona, also gleichzeitig mit der Anwesenheit der byz. Gesandten, Friedrich den schon

nos (siehe pag. 123)[a] dimisissemus ille expelleretur de civitate. Hoc autem vobis dicimus, quod CC anni transacti sunt, quod Ravenna nulli imperatorum fidelitatem fecit.

Accepimus, quod Wilhelmus tyrannus Siciliae cardinales ad se missos in haec verba dimiserit: ‚Vos ad nos missi estis pro contumelia imperatoris Romani, et e converso alii duo missi sunt ad imperatorem, ut et pacem et gratiam eius quaerant et nostro honori insidientur. Recedite ergo, recedite a nobis quanto citius, alioquin tanquam proditores vos puniemus.‘ Considerate, carissime domine, quid dominus nobiscum operetur et in quali statu vestrum imperium esse vult, et nullius unquam consilio aut dilectione cardinales, qui ad vos venerunt, in plenam gratiam suscipiatis, sed accepta ab ipsis de literis et scriptura manifesta et sufficiente satisfactione

früher gemachten Versuch, die Fürsten zum Zuge gegen den Normannen zu bewegen, erneuerte, andererseits Friedrich selbst in seinem Berichte an Otto unmittelbar nach der Erwähnung der griech. Gesandtschaft sagt, dass nur der Widerstand der Fürsten ihn vom Zuge nach Apulien abgehalten, so muss ein Einverständnis zwischen Deutschland und Byzanz zu stande gekommen sein, beziehungsweise müssen von den deutschen Gesandten in Konstantinopel Abmachungen vereinbart u. dann von Friedrich sanktioniert worden sein. Eine weitere Stütze für diese meine Annahme finde ich in der Erzählung von den kaiserlichen Briefen u. in dem citierten Briefe Manuels in der Vita Hadriani, die mir überdies als Quelle dienen für den Inhalt der getroffenen Vereinbarungen. Ich erblicke nämlich in dem, wofür jene Briefe als Ausweis dienen sollten, in der Abtretung apulischer Seestädte durch Friedrich an den byz. Kaiser, den Inhalt der Briefe. Die sprachlich allerdings zulässige Annahme, dass die Griechen lediglich mit kaiserlichem Siegel verschlossener Briefe sich als Ausweise bedienten, ohne einen entsprechenden Inhalt vorzeigen zu können, würde bei den massgebenden Persönlichkeiten der apulischen Seestädte eine allzu grosse Naivetät voraussetzen. Die Briefe scheinen vielmehr kaiserliche, auf Grund der niedergesetzten, aber noch nicht ausgehändigten Vertragsurkunde ausgefertigte u. bereit gehaltene Mandate an Behörden der in Frage kommenden apulischen Seestädte gewesen zu sein, die dann durch irgend einen Vertrauensbruch in die Hände der Griechen gekommen waren. Was den Brief Manuels an Hadrian IV. betrifft, so ist es innerlich unwahrscheinlich, dass derselbe erst mitten in oder nach den griechischen Erfolgen in Kampanien u. Apulien an den Papst geschickt worden sei, da Manuel damals gewiss höhere Forderungen gestellt hätte. Der Brief ist meines Erachtens angeregt worden von den deutschen Gesandten Anselm und Alexander von Gravina u. zwar wegen des gegen Byzanz gerichteten Artikels im Konstanzer Vertrage u. überdies, weil der Papst sich als Oberlehensherr von Apulien betrachtete; zur Übermittelung wurde er eingehändigt der nach Ankona abgehenden griech. Legation, wofür auch die unmittelbare Aufeinanderfolge der beiden Nachrichten in der Vita Hadriani spricht. Es ergibt sich demnach als wichtigster Inhalt der zwischen Byzanz und den deutschen Gesandten getroffenen Vereinbarungen die Abtretung dreier apulischer Seestädte. Dass der Papst stillschweigend seine Zustimmung gegeben hat, ist nach seiner damaligen Lage nicht zu bezweifeln. Da jedoch die Vollziehung des Vertrages an dem Widerstand der deutschen Fürsten scheiterte, ist anzunehmen, dass auch der Papst keine bindende Erklärung gab. Die Aktion des J. 1155 fand also anfänglich im gegenseitigen Einvernehmen statt. Erst als

caetera omnia capitula usque ad conventum[b] nostrum[c] in Italiam differatis, quia in tali statu deus vos in praesenti constituit, quod si vultis et Romam destruere et de papa et cardinalibus omnem vestram voluntatem habere. Nec etiam alicuius petitione aut amore eosdem cardinales post vos in regnum Teutonicum dimittatis. Quod si aliter, quam et nunc et prius vobis scripsimus, feceritis, dicetis procul dubio: poenitet me consilium vestrum non fecisse.†)

In dominica, qua cantatur iubilate, senatores et nobiles Romanorum cum Ottone nepote cardinalis Octaviani ad nos venturi erant, ea, quae ad honorem imperii spectant, ex parte populi ad nos delaturi. Cum acceperimus illorum legationem, verum vobis scribemus.

Sed nescimus, quid detineat, quod tam frequentibus literis nec una voce[d] respondetis, et certe aut membrana nulla est, aut dominus negligens, aut scriptor ad rescribendum tardissimus.

---

die Griechen nach dem Abzuge Friedrichs auf eigene Faust die Unterwerfung Apuliens in Angriff nahmen u. dabei Missbrauch mit kaiserlichen Mandaten trieben, war Friedrich zum Bruche mit Byzanz entschlossen. — Was die Aktion von 1157/58 betrifft, so wird die Ansicht Ribbecks u. Kap-Herrs, dass diese auf Grund vorgängiger Abmachungen erfolgte, wahrscheinlich gemacht durch die vorausgehende Gesandtschaft des Kaplans Stephan, durch die mit der Aktion ziemlich gleichzeitige byz. Gesandtschaft nach Deutschland, durch die sich steigernde Spannung mit dem Bundesgenossen des Normannen, dem Papste, durch die bevorstehende Heerfahrt Friedrichs nach Italien, vor allem aber durch die ausdrückliche Nachricht des Niketas (II, c. 8). Der bei Ragewin den Königsboten in den Mund gelegte Vorwurf, dass die Griechen ohne Vorwissen des Kaisers gehandelt, bezieht sich, wenn er überhaupt authentisch ist, auf die beschworenen Verträge mit Ankona u. Ravenna, die als Eingriffe in Hoheitsrechte des Reiches gelten mussten. Die Gereiztheit der Königsboten gegenüber den Griechen erklärt sich aus der Stellung dieser Männer zu der noch nicht ganz von der Regierung verdrängten alten Schule eines Wibald v. Korvei, Eberhard v. Bamberg. Anselm v. Havelberg, die Frieden mit dem Papste, Freundschaft mit Byzanz anstrebten. — Wie im J. 1155, erscheint auch 1158 an der Spitze der griech. Expedition ein höherer Hofbeamter. 1155 wird er sowohl im Berichte des Kaisers als in der Darstellung Ottos Paläologus schlechthin genannt, bei Kinnamos IV, c. 1 Michael Palaeologus („εἰς τὸ τῶν σεβαστῶν ἀξίωμα ἥκων‘); 1158 bezeichnet ihn Ragewin als logotheta seu Paliologus, der Bericht des Königsboten als filius Megal. domest. Da Michael Paläologus, der Führer der ersten Expedition, nach Otto II, c. 49 nach der Einnahme von Bari stirbt, ist wohl der 1158 genannte Logothet Paläologus der Sohn des Michael Paläologus. Die eigentliche militärische Leitung aber hatte im J. 1155 Johannes Dukas, 1157/58 Alexius Protostrator (Kinnamos IV, c. 14). — Zu völliger Klarheit wird man über die Beziehungen zwischen Byzanz und Deutschland unter Friedrich niemals gelangen, da die Verhandlungen ganz geheim geführt worden zu sein scheinen. Selbst Otto und Ragewin zeigen sich wenig unterrichtet, es müsste denn ersterer sich absichtlich Zurückhaltung auferlegen; wo Ragewin einmal bestimmter über die byz. Forderungen berichtet (IV, c. 84), fügt er hinzu: „ut dicebatur“.

a) nr. 2: eos; b) nr. 2: adventum; c) nr. 2: vestrum; d) nr. 2: unam quidem vocem. †) Vgl. vorausgehende Nr. Schlussanmerkung!

XXXVII. Die Ronkalischen Beschlüsse vom Jahre 1158 (November).*)

[Ragewin IV, c. 3: His omnibus cum frequentia laicorum principum, ducum videlicet, marchionum, comitum, et universarum in Italia civitatum consulibus atque iudicibus Fridericum circumstantibus, solis episcopis cum paucis admodum principibus [secreto] consilii sui participibus iniungit, quatinus divini timoris consideratione de salubri consilio in Italiae rebus ordinandis ita secum deliberent, ut aecclesiae Dei pacis tranquillitate gaudeant, et ius regale decusque imperii debito provehatur honore. Totum triduum haec consultatio absumpsit. (Vorberatung vom 11—14. Nov.) Quarta demum die (15. Nov.) serenissimus imperator in concionem venit, sedensque in eminentiori [loco], unde ab omnibus videri poterat et audiri, circumsedente eum corona venerandorum quos prenominavimus heroum, per interpretem elocutus est: c. 4 „. . . Nos regium nomen habentes, desideramus potius legittimum tenere imperium et pro conservanda cuique sua libertate et iure (Vgl. Cod. Just. I, 14, 4), quam, ut dicitur (Sall. Jug. c. 31), omnia impune facere. . . Quia ergo vel bello vel pace clarum fieri licet, nec refert, utrum melius sit patriam armis tutare seu legibus gubernare, altero alterius auxilio indigente (Vgl. Sall. Cat. c. 2, 3 u. Institutiones, Prooemium), bellorum motibus propitia Divinitate sedatis, ac leges pacis negotia transferamus. Nostis autem, quod iura civilia nostris beneficiis in summum provecta, firmata ac moribus utentium approbata satis habent roboris, regnorum leges, in quibus, quod ante obtinebat, postea desuetudine inumbratum est, ab imperiali remedio vestraque prudentia necesse habent illuminari (Institutiones, Prooem.) . . ." c. 5. His dictis, magnus favor omnium prosequitur . . . Surgentesque unus post unum, sicut eius gentis mos est, seu ut principi suum quisque manifestaret affectum et propensiorem circa eum devotionem, seu ut suam in dicendo peritiam, qua gloriari solent, declararet, primo episcopi, deinde proceres terrae, post consules et missi singularum civitatum totam diem illam facundissimis sermonibus in noctem usque produxerunt. Porro una omnium sententia haec erat, a Mediolanensi archiepiscopo prolata: . . . „Scias itaque omne ius populi in condendis legibus tibi concessum. Tua voluntas ius est, sicut dicitur (Inst. I, 2, 6): ‚Quod principi placuit, legis habet vigorem, cum populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem concessit. Quodcumque enim imperator per epistolam constituerit vel cognoscens decreverit vel edicto preceperit, legem esse constat.' Profecto secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi quem secuntur incommoda (Dig. L, 17, 10), ut videlicet omnibus debeas imperare, qui omnium nostrum sustines onera tutelae." His finitis, ea die in vesperam protracta curia solvitur Die Schilderung dieser ersten Reichstagssitzung gewährt einen Einblick in den Gang derartiger Verhandlungen. Wacker, Der Reichstag a. a. O. S. 47 u. 50.]

---

*) Vgl. Hegel, Geschichte der Städteverfassung v. Italien; Ficker, Forschungen zur Reichs- u. Rechtsgeschichte Italiens, namentlich I, § 162; Reuter, Alexander III. I, 37; Prutz I, 169—183 u. Beilage 8; Giesebrecht V, 173—183; Ribbeck a. a. O. S. 39-47; Arras, Die Ronkalischen Beschlüsse v. Jahre 1158 und ihre Durchführung; Nitzsch, Gesch. d. d. V. II, 255—259; Pomtow, Über den Einfluss der altrömischen Vorstellungen vom Staat auf die Politik Kaiser Friedrichs I. u. die Anschauungen seiner Zeit (Hall. Diss. 1885); Küch, Die Landfriedensbestrebungen Kaiser Friedrichs I., S. 33—35. — Von den Scriptores handeln über diesen Reichstag Ragewin, Gesta Frid. IV, c. 1—9; Ottonis Fris. Cont. Sanbl. c. 14; Otto Morena, M. G. S. S. XVIII, 607 f.

a) Constitutio de Regalibus, 23. Nov.*)

(Mon. Germ. legg. II, 111 f.)

[Ragewin IV, c. 7: Deinde super iusticia regni et de regalibus, quae longo iam tempore seu temeritate pervadentium seu neglectu regum imperio deperierant, studiose disserens, cum nullam possent invenire defensionem excusationis, tam episcopi quam primates et civitates uno ore, uno consensu in manum principis regalia reddidere, primique resignantium Mediolanenses extitere; requisitique de hoc ipso iure, quid esset, adiudicaverunt: ducatus, marchias, comitatus, consulatus, monetas, thelonea, fodrum (= Steuer für die Verpflegung des kaiserlichen Heeres), vectigalia, portus, pedatica, molendina, piscarias, pontes omnemque utilitatem ex decursu fluminum provenientem, nec de terra tantum, verum etiam de suis propriis capitibus census annui redditionem.]

Regalia sunt hec: Arimanie[a], vie publice, flumina navigabilia, et ex quibus fiunt navigabilia, portus, ripatica, vectigalia que vulgo dicuntur thelonea, monete, mulctarum penarumque compendia, bona vacantia, et que indignis legibus auferuntur, nisi que spetialiter quibusdam conceduntur, et bona contrahentium incestas nuptias, et dampnatorum et proscriptorum secundum quod in novis constitutionibus**) cavetur, angariarum et parangariarum[b] et plaustrorum, et navium prestationes, et extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem, potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expediendam,***) argentarie[c], et palatia in civitatibus consuetis, piscationum redditus, et salinarum,

---

a) Nach Giesebrecht Abgaben v. Gütern, die ehedem Arimanen (freien Langobarden) gehört hatten. b) a. = iumentorum vel plaustrorum prestationes per viam directam oder regiam. p. = i. v. p. p. per viam traversam. c) Wohl Bergwerke überhaupt.

*) Das Gesetz ist erhalten Lib. feud. II, 56. Pertz gibt dasselbe nach folgenden handschriftlichen Überlieferungen der Libri Feudorum: einem Hallenser Cod., dem München-Augsburger, dem Göttinger, dem Frankfurter, dem Pariser nr. 4440, dem München-Kaisheimer u. Pariser nr. 3922 A. — Der äussern Form nach erscheint dieses Gesetz als Edikt, durch die Worte Ragewins aber ist die Mitwirkung der Stände verbürgt. Wacker, Der Reichstag a. a. O. S. 75. — Zum erstenmal waren die Regalien fixiert worden in den Verhandlungen zw. Heinrich V. u. Paschal II. Vgl. Bd. 3, nr. XXa meiner Sammlung. **) Gemeint sind die Novellen Kaiser Justinians (12, c. 2) ***) In dem Vertrag mit Mailand vom 8. Sept. 1158 (Ragewin III, c. 47) war bestimmt worden: Consules vero qui nunc sunt ex auctoritate et concessione domni imperatoris usque ad Kal. Februarii proxime venturas perseverent et pro consulatu suo domno imperatori iurent. Venturi vero consules a populo eligantur et ab ipso imperatore confirmentur, quorum medietas ad ipsum veniat, dum in Longobardia fuerit; alias autem eo existente, duo ad eum ex consulibus veniant et, iuramento facto, officium consulatus sui a domno imperatore recipiant, pro se et [pro] sociis suis, facturis idem iuramentum domno imperatori coram communi suae civitatis. Si autem legatus a domno imperatore destinatus fuerit in Italiam, eadem coram ipso et per ipsum fiant.

et bona comittentium crimen maiestatis, et dimidium thesauri inventi in loco Cesaris, non data opera, vel in loco religioso; si data opera, totum ad eum pertinet.†)

b) Landfriedensgesetz.

(Ragewin Gesta IV, c. 10 [Neue Schulausgabe v. Waitz] u. Mon. Germ. legg. II, 112 f.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis suo subiectis imperio. Hac edictali lege in perpetuum valitura iubemus, ut omnes nostro subiecti imperio veram et perpetuam pacem inter se observent, et ut inviolatum inter omnes perpetuo servetur. Duces, marchiones, comites, capitanei, vavassores et omnium locorum rectores cum omnium locorum primatibus et plebeis a decimo octavo anno usque ad septuagesimum iureiurando obstringantur, ut pacem teneant et rectores locorum adiuvent in pace tuenda atque vindicanda, et in fine uniuscuiusque quinquennii omnium sacramenta de predicta pace tenenda renoventur.

1. Si quis vero aliquod ius de quacumque causa vel facto contra aliquem se habere putaverit, iudicialem adeat potestatem et per eam sibi competens ius assequatur.

2. Si quis vero temerario ausu predictam pacem violare presumpserit, si civitas est, pena 100 librarum auri camerae nostrae inferenda pun atur. Oppidum vero 20[a] libris auri multetur. Duces autem et marchiones et comites 50 auri libras prestent. Capitanei vero et maiores vavassores 20 libris auri puniantur. Minores autem vavassores et omnes alii predictae pacis violatores 6[b] libras auri inferre compellantur et dampnum pacis[c] secundum leges resarciant.

3. Iniuria seu furtum legittime puniatur. Homicidium et membrorum diminutio vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur.

---

†) Wiewohl alle diejenigen im bisherigen Besitze der Regalien verblieben, welche eine diesbezügliche königliche Schenkung erweisen konnten, belief sich doch nach Ragewin IV, c. 8 der jährliche Zuwachs an Einkünften für den Fiskus auf 30,000 Talente. Die Regalien waren eben im Laufe der Zeit von den Bischöfen, welche die Könige damit beschenkt hatten, meist an die Kommunen gekommen. „Das Ergebnis dieser neuen Politik stellte das staufische Königtum nicht allein dem deutschen Fürsten, sondern auch den benachbarten Königen gegenüber auf eine finanzielle Basis von unerreichter Ergiebigkeit.“ (Nitzsch a. a. O.) Was die späteren Salier in Deutschland vergeblich angestrebt hatten, schien der Staufer in Italien erreicht zu haben.

a) Der Gött. Cod. der Lib. Feud.: XXX; b) Lib. Feud. u. Pertz: 3. Nach dem Verhältnis des niederen Richters zum höheren ist die Leseart bei Waitz vorzuziehen; c) Lib. Feud. u. Pertz: passo.

*) Pertz gibt dieses wie das folgende Gesetz nach Ragewin u. den bei a) angeführten handschriftlichen Überlieferungen der Libri Feud. Ich folge in meinem Texte vornehmlich Waitz.

4. Iudices vero et locorum defensores vel quicumque magistratus ab imperatore vel eius potestate[a] constituti seu confirmati, qui iusticiam facere neglexerint et pacem violatam vindicare legittime supersederint, dampnum omne et iniuriam pacis[b] resarcire compellantur, et insuper, si maior iudex est, sacro erario penam 10 librarum auri prestet, minor autem pena trium librarum auri multetur. Qui vero ad predictam penam persolvendam inopia dinoscitur laborare, sui corporis cohercionem cum verberibus patiatur et procul ab eo loco quem inhabitat quinquaginta miliaria per quinquennium[c] vitam agat.

5. Conventicula quoque et omnes coniurationes[d] in civitatibus et extra, etiam occasione parentelae[e], inter civitatem et civitatem et inter personam et personam sive inter civitatem et personam, omnibus modis fieri prohibemus et in preteritum factas cassamus, singulis coniuratorum pena unius librae auri percellendis.

6. Episcopos quoque locorum aecclesiastica censura violatores huius sanccionis, donec ad satisfactionem veniant, cohercere volumus.

7. Receptoribus etiam malefactorum, qui predictam pacem violaverint, et predam[f] ementibus, nostrae indignationi subiciendis[g], eadem pena feriendis.

8. Preterea eius bona publicentur, et domus destruantur,[h] qui pacem iurare et tenere noluerit et leges pacis non servat[i].

9. Illicitas etiam exactiones maxime ab aecclesia, quarum abusio iam per longa tempora inolevit, per civitates et castella omnimodis condempnamus et prohibemus, et si facte fuerint, in duplum reddantur.

10. Item sacramenta pupillorum[k] sponte facta super contractibus rerum suarum non rectratandis inviolabiliter custodiantur. Per vim autem vel iniustum[l] metum, etiam a maioribus, maxime ne querimoniam maleficiorum commissorum[m] faciant, extorta sacramenta[n] nullius esse momenti. iubemus.

11. Ad haec: qui allodium suum vendiderit, districtum et iurisdictionem imperatoris vendere non praesumat, et si fecerit, non valeat.

---

a) Lib. Feud. u. Pertz: voluntate; b) Lib. Feud. (mit Ausnahme des Hall. Cod.) u. Pertz: omne iniuriam passo; c) p. q. lässt der Gött. Cod. der Lib. Feud. weg; d) Eidgenossenschaften; e) Stammverwandtschaft; f) fehlt bei Ragewin u. Waitz; g) Lib. Feud. u. Pertz: nostram indignationem subituris; h) Lib. Feud. u. Pertz: destruatur; i) Lib. Feud. u. Pertz: lege p. n. fruatur; k) Lib. Feud. u. Pertz: puberum; l) L. F. u. Pertz: iustum; m) lassen Lib. Feud. u. Pertz weg.

c) Lehensgesetz.*)

(Ragewin Gesta IV, c. 10 u. Mon. Germ. legg. II, 113 f.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis nostro subiectis imperio[a]. Imperialem decet sollertiam ita rei publicae curam gerere et subiectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta permaneat, et singulorum status iugiter servetur illaesus. Quapropter, dum ex predecessorum more universali curiae Roncaliae pro tribunali sederemus, a principibus Italicis, tam rectoribus ecclesiarum quam aliis fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quod beneficia eorum et feuda, quae vasalli ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant[b] et quadam collusione nomine libelli vendiderant, unde debita servitia amittebant et honorem imperii nostraeque felicis expeditionis complementum minuebant[c]. Habito igitur consilio episcoporum, ducum, marchionum et comitum, simul etiam palatinorum iudicum et aliorum procerum, hac edictali lege, Deo propitio perpetuo valitura, sanccimus, ut nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere vel pignorare vel quomodolibet alienare vel pro anima iudicare[d] sine permissione maioris domini ad quem feudum spectare dinoscitur. Unde imperator Lotharius tantum in futuro cavens, ne fieret, promulgavit; nos ad pleniorem autem regni utilitatem providentes, non solum in posterum, sed etiam huiusmodi prius illicitas alienationes perpetratas hac presenti sanccione cassamus et in irritum deducimus; nullius temporis prescriptione impediente, emptor bonae fidei de precio actionem habeat contra venditorem competentem[e]. Callidis insuper quorumdam machinationibus obviantes, qui precio accepto quasi sub colore investiturae, quam sibi licere dicunt, feuda vendunt et in alios transferunt, ne tale figmentum vel aliud ulterius in fraudem huius nostrae constitutionis excogitetur, omnibus modis prohibemus; plena auctoritate nostra statuentes,[f] ut venditor et emptor, qui tam illicita contraxisse repertus fuerit, feudum amittat, et ad dominum libere revertatur; scriba vero, qui super hoc instrumentum sciens conscripserit, post amissionem officii cum infamiae periculo manum amittat. Preterea, si quis infeudatus maior 14 annis sua incuria vel sua negligentia per annum et diem steterit, quod

---

*) Vgl. Friedrichs Lehensgesetz v. J. 1154 (nr. XXX meiner Sammlung). Nach Nitzsch a. a. O. bezweckte obiges Lehensgesetz, durch eine Wiederherstellung der ital. Lehensverfassung die Weiterentwickelung der städtischen Interessen zu hemmen.

a) fehlt bei Ragewin u. Waitz; b) Lib. Feud. u. Pertz: obligaverant, vendiderant; c) Lib. Feud. u. Pertz: ammittebantur, et honor i. et nostre f. e. c. minuebatur; d) testamentarisch vermachen; e) Lib. Feud. u. Pertz: emptori b. f. d. p. actione contra v. competente; f) Lib. Feud. u. Pertz: pena a. n. imminente.

feudi investituram a primo domino non petierit, transacto hoc spacio, feudum amittat, et ad dominum redeat. Firmiter etiam statuimus tam in Italia quam Alemannia, ut, quicumque indicta publice expeditione vocatus a domino suo ad eandem expeditionem spatio competenti venire supersederit vel alium pro se domino acceptabilem mittere contempserit, vel dimidium reditus feudi unius anni domino non ministraverit*), feudum, quod ab episcopo aut ab alio domino habet, amittat, et dominus feudi iu usus suos illud redigendi omnibus modis habeat potestatem.

Preterea: ducatus, marchia, comitatus de caetero non dividatur; aliud autem feudum, si consortes voluerint, dividatur, ita ut omnes qui partem feudi habent iam divisi vel dividendi fidelitatem domino faciant, ita tamen ut vassallus pro uno feudo[a] plures dominos non compellatur habere, nec dominus feudum sine voluntate vassallorum ad alium transferat; insuper, si filius vassalli dominum offenderit, pater, a domino requisitus, adducat filium ad satisfaciendum domino vel a se filium separet, alioquin feudo privetur; si vero pater vult eum deducere, ut satisfaciat, filius autem contempnit, patre mortuo in feudum non succedat, nisi prius domino satisfecerit; parique modo vassallus pro omnibus suis bonis[b] domesticis faciat.

Illud quoque precipimus, ut, si vassallus de feudo alium vassallum habuerit, et vassallus vassalli dominum domini sui offenderit, nisi pro servitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine fraude antea habuit, feudo privetur, et ad dominum suum, a quo ipse tenebat, revertatur, nisi requisitus ab eo paratus fuerit satisfacere maiori domino, quem offendit, et nisi vassallus idemque dominus, a domino suo requisitus, eum qui maiorem dominum offendit requisierit, ut satisfaciat, feudum amittat.

Preterea si de feudo inter duos vassallos sit controversia, domini sit cognitio, et per eum controversia terminetur. Si vero inter dominum et vassallum lis oriatur, per pares curiae a domino sub debito fidelitatis coniuratos terminetur.

Illud quoque sanccimus, ut in omni sacramento fidelitatis imperator nominatim excipiatur.

---

a) p. u. f. fehlt bei Waitz; b) fehlt bei Pertz.

*) Ob das Stellen eines Ersatzmannes u. das Loskaufen im Belieben des Mannes stand oder dem Gutdünken des Herrn überlassen blieb, lässt diese Stelle unentschieden. Nach Weiland, Die Reichsheerfahrt v. Heinrich V. bis H. VI., Forsch. VII, 144 hat der Kaiser den Fürsten gegenüber das Recht besessen, zu entscheiden, wer mitziehen und wer des Loskaufs teilhaftig werden solle.

XXXVIII. Schreiben Eberhards II. v. Bamberg an den Erzbischof Eberhard v. Salzburg über die letzten Streitigkeiten Hadrians IV. mit Friedrich I., Juli 1159.*)

(Ragewin, Gesta IV, c. 34.)

Reverentissimo patri et domino Eberhardo Salzburgensis aecclesiae archiepiscopo, Eberhardus Babinbergensis gratia Dei, si quid est cum oratione qualicumque servitium devotissimum. Scio,

*) Zu den noch nicht ausgetragenen Streitpunkten zwischen Kaiser u. Papst (s. nr. XXXV, e) Schlussanmerkung) kamen Ende d. J. 1158 u. Anfang d. J. 1159 neue hinzu: Im Herbst 1158 ward zwischen Byzanz und Sicilien ein dreissigjähriger Waffenstillstand geschlossen. Als Vermittler gibt Niketas II, 8 Hadrian IV. an; die Nachricht scheint durch eine Stelle in unserem Briefe bestätigt zu werden. Ein Friede zwischen diesen drei Mächten war einem Bunde gegen Friedrich gleichzuachten. Die ronkalischen Beschlüsse stärkten sowohl wegen der ihnen zu Grunde gelegten altrömischen Vorstellungen vom Kaisertum, als auch wegen einzelner Bestimmungen (Constitutio de Regalibus, welche auch auf die wirklichen oder beanspruchten Besitzungen des hl. Stuhles angewandt werden konnte, aus der namentlich der Kaiser sein Recht der Forderung des hominium von Seiten der ital. Reichsbischöfe ableitete; Artikel 6 des Landfriedensgesetzes; Verbot im Lehensgesetz „feudum . . . pro anima iudicare sine permissione maioris domini") die antikaiserliche Partei am päpstlichen Hofe; der Papst antwortet mit der Ablehnung der kaiserlichen Wünsche bei der Besetzung des Erzbistums Ravenna. Als vollends Friedrich in Ausführung der ronkalischen Beschlüsse Königsboten nach Sardinien, Korsika, Tuscien, auch dem römischen Tuscien, der Maritima u. Kampagna sandte u. zugleich das mathildische Gut in unmittelbar kaiserliche Verwaltung zu nehmen schien (Ragewin IV, c. 12 u. 13), ergriff der Papst offen Partei für das antikaiserliche Brescia gegenüber dem kaiserlich gesinnten Bergamo; überdies war die Form der Überreichung des diesbezüglichen Schreibens eine verletzende (s. Schreiben Eberhards v. Bamberg an den Kardinal Heinrich, Ragewin IV, c. 22). Zwar gelang es den Vertretern eine Versöhnungspolitik, noch einmal friedliche Unterhandlungen zwischen Kaiser u. Papst anzubahnen. Unmittelbar nach der Ächtung Mailands (16. April 1159) trafen in Bologna zwei päpstliche Gesandte beim Kaiser ein; nach Wagner u. Giesebrecht waren es die Kardinäle Heinrich u. Guido, nach Ribbeck die Kardinäle Oktavian u. Wilhelm. „Dixerunt igitur, quod papa illam requireret pacem atque concordiam, quae inter papam Eugenium et nos facta fuerat et scripta." (Vgl. die den Besitzstand und die Regalien des hl. Petrus garantierende Bestimmung im Konstanzer Vertrag!) Der Kaiser erwiderte „quod pacem quidem inviolabiliter huc usque tenuissemus, de caetero autem neque eam tenere neque ea teneri vellemus, quoniam ipse (papa) prior eam violasset in Siculo, cui ipse sine nobis reconciliari non debuisset." Zugleich erklärte er sich bereit, die Entscheidung über die streitigen Punkte einem Gerichtshofe oder einem Schiedsgerichte zu überlassen (s. das Schreiben Friedrichs an Eberhard v. Salzburg bei Ragewin IV, c. 36.) Aber der Papst ging auf letzteren Vorschlag nicht ein u. schickte in der Person eben jenes Oktavian u. Wilhelm eine neue Gesandtschaft mit genau formulierten Forderungen; nach Reuter, Prutz u. Wagner trafen diese Boten noch Ende April oder Anfang Mai bei Friedrich in Bologna ein; nach Giesebrecht trafen sie Friedrich Ende Mai im Mailändischen, nach Ribbeck im Juni in Lodi. Die päpstlichen Forderungen

pater sanctissime, sacrae pietatis affectu vos compati meis laboribus et animae mihi salutem et corpori quietem concupiscere. Ut autem noveritis, quoad compati vos mihi oporteat, dico vobis, quod iam tedet animam meam vitae meae, duo ferens onera in animo meo mihi gravissima, quod et cinctus ducor quo nolo et quamdiu durare debeat ignoro, vestris et aliorum fidelium orationibus adiuvari desiderans, ut ab illis separer quibus iuravit Dominus in ira sua: ‚Si introibunt in requiem meam'. Super haec tempora periculosa instare videntur, et prope est, ut inter regnum et sacerdotium moveatur discordia. Et quidem cardinalibus a domno papa Adriano ad domnum imperatorem transmissis, domno videlicet Octaviano et domno Wilhelmo quondam Papiensi archidiacono, post lene principium et ingressum quasi pacificum capitula durissima proposita sunt. Verbi gratia: Nuncios ad Urbem ignorante apostolico ab imperatore non esse mittendos, cum omnis magistratus inibi beati Petri sit cum universis regalibus. De dominicalibus apostolici fodrum non esse colligendum, nisi tempore suscipiendae coronae. Episcopos Italiae solum sacramentum fidelitatis sine hominio facere debere domno imperatori, neque nuncios imperatoris in palatiis episcoporum recipiendos. De possessionibus aecclesiae Romanae restituendis, Tiburti[a]), Ferrariae, Massae, Ficoro-

---

lernt man aus dem Briefe Eberhards II. von Bamberg an Eberhard v. Salzburg kennen. Derselbe ist nach Wagner u. Ribbeck zwischen dem 31. Mai u. 18. Juli geschrieben. Vgl. Reuter, Geschichte Alexanders III. u. der Kirche seiner Zeit I, 41—47; Tourtual, Böhmens Anteil an den Kämpfen Kaiser Friedrichs I. in Italien, II. das Schisma S. 194 ff.; Schmidt, Die Stellung der Erzbischöfe u. des Erzstifts v. Salzburg zu Kirche u. Reich unter Kaiser Friedrich I., S. 51 u. Exkurs IV; Prutz I, 202 ff. u. Beilage 11; Weiland in Sybels hist. Zeitschr. 31, 462; Wagner, Eberhard II. v. Bamberg, S. 51 ff. u. Exkurs III u. IV; Giesebrecht V, 216—27; Ribbeck a. a. O. S. 55—61 u. Exkurs I.; Nitzsch, Gesch. d. d. V. II, 262 f.; Hefele, Konziliengesch. (2. Aufl.) V, 560—566.

a) Die Handschr. B1 u. B*: tributa; Rec. C: et tributis. Letztere Leseart bevorzugen die Früheren, namentlich Ficker, Giesebrecht u. Ribbeck. Ich folge mit Waitz hier der Rec. A, die auch sonst öfter allein die richtige Leseart bietet, u. der Mehrzahl der Handschr. von Rec. B. Bei Annahme der Leseart „tributis" kann man die Forderung der Restitution von Besitzungen nur beziehen auf das Patrimonium im engeren Sinne; ich kann aber keine genügenden Anhaltspunkte dafür finden, dass schon damals von seiten des Reiches Teile des Patrimoniums im engeren Sinne der Kirche vorenthalten wurden, abgesehen vom römischen Tuscien und' vielleicht von Tivoli; ersteres wird aber ohnehin später eigens angeführt (terra quae ab Aquapendente est usque Romam), u. letzteres ergibt sich aus der Leseart Tiburti. Zudem ist bezüglich Ferraras nebst Gebiet, des mathildischen Gutes u. des römischen Tuscien aus späteren Vorgängen mit Bestimmtheit zu schliessen, dass mehr als Zins gefordert wurde. Endlich

lii[a]), **totius terrae cometissae Mahtildis, totius terrae quae ab Aquapendente est usque Romam, ducatus Spoletani, insularum Sardiniae, Corsicae.** Domno autem imperatore super his iusticiam et consilium constanter offerente, si et ipsi iusticiam vellent facere et recipere, illis vero recipere tantum volentibus et non facere, hac ratione, quod domnum apostolicum causae[b]) subicere ac iudicio sistere non possent, et e **contrario domno imperatore multa proponente***) de

---

ist vom Standpunkte des Abschreibers eine vermeintliche Verbesserung von Tiburti in tributis wahrscheinlicher als ein Verderbnis von tributis in Tiburti.

a) Ficker zieht diesen Namen zum vorausgehenden („Massa Fiscaglia"). Ich halte es mit Giesebrecht und Waitz für zweifellos, dass mit F. Ficcarolo (nordw. von Ferrara) bezeichnet ist, verstehe aber trotzdem unter Massa die Massa Fiscaglia, ein Gebiet östl. v. Ferrara. b) fehlt in Rec. A u. B.

*) Die Antwort Friedrichs auf die päpstlichen Forderungen überliefert ausführlich Ragewin IV, c. 35: „Episcoporum Italiae ego quidem non affecto hominium, si tamen et eos de nostris regalibus nichil delectat habere. Qui si gratanter audierint a Romano praesule: ‚Quid tibi et regi?' consequenter quoque eos ab imperatore non pigeat audire: ‚Quid tibi et possessioni?' Nuncios nostros non esse recipiendos in palatiis episcoporum, asserit. Concedo, si forte aliquis episcoporum habet in suo proprio solo et non in nostro palatium. Si autem in nostro solo et allodio sunt palatia episcoporum, cum profecto omne quod inedificatur solo cedat, nostra sunt et palatia. Iniuria ergo esset, si quis nuncios nostros a regiis palatiis prohiberet. Legatos ab imperatore ad Urbem non esse mittendos, affirmat, cum omnis magistratus inibi beati Petri sit cum universis regalibus. Haec res, fateor, magna est et gravis graviorique et maturiori egens consilio. Nam cum divina ordinatione ego Romanus imperator et dicar et sim, speciem tantum dominantis effingo et inane utique porto nomen ac sine re, si urbis Romae de manu nostra potestas fuerit excussa." Was **die erste der päpstlichen Forderungen** betrifft, so sind mit den nuntii ausserordentliche Vertreter der kaiserlichen Gewalt nach allen Richtungen hin gemeint. Über ihre richterlichen Befugnisse vgl. Vita Ludowici Pii c. 38; M. G. S. S. II, 628: Cum (Lotharius) de his quae accesserant quereretur, quare scilicet hi, qui imperatori sibique et Francis fideles fuerant (der päpstliche Primicerius Theodoros und dessen Schwiegersohn, der Nomenklator Leo), ... perempti fuerint et qui superviverent, ludibrio ... haberentur, quare etiam tantae querellae adversus Romanorum pontifices iudicesque sonarent, repertum est, quod quorundam pontificum vel ignorantia vel desidia, sed et iudicum ... inexplebili cupiditate multorum praedia iniuste fuerint confiscata. Ideoque reddendo, quae iniuste ablata erant, Hlotharius magnam populo Romano creavit laetitiam. Statutum etiam **iuxta antiquum morem, ut ex latere imperatoris mitterentur, qui iudiciariam exercentes potestatem iusticiam omni populo ... aequa lance penderent.** Und das Pactum Lotharii vom Jahre 824 (M. G. Quartausgabe der Kapitularien II, I, 332 f., nr. 161; Böhmer-Mühlbacher nr. 988) c. 4: Volumus, ut **missi** constituantur de parte d. apostolici et nostra, qui annuatim nobis renuntiare valeant, qualiter singuli duces et iudices iustitiam faciant populo et quomodo nostram constitutionem observent. Qui missi ... primum cunctos clamores, qui per negligentiam ducum aut iudicum fuerint inventi, ad notitiam d. apostolici deferant et ipse unum e duobus eligant: aut statim per eosdem missos fiant ipsae necessitates emendatae aut, si non, **per nostrum missum fiat**

der Mailänder eine eidliche Verpflichtung der Kardinäle für die künftige Papstwahl voraus, sie können daher auch nicht als Zeugnisse für die Wahrheit der diesbezüglichen viktorinischen Anklage Verwertung finden. Aber auch der Satz im Chronicon Urspergense („quod, si mortuus esset papa ille, de numero conspiratorum alium eligerent cardinales"), auf den Ribbeck überdies seine Annahme stützt, ist mir nicht beweiskräftig, da derselbe, ganz abgesehen von der weniger genauen Art der Relation des Chronicon gegenüber der der Annalen, keineswegs zu dem gehört, was hier als Inhalt und Folge des beschworenen Vertrages hingestellt wird mit den Worten: „ut nullus ab altero recedere posset vel imperatoris gratiam sine omnium consensu requirere." Es bleiben also nurmehr viktorinische oder kaiserliche Parteiberichte. Sind diese Zeugnisse an und für sich schon nur mit Vorsicht aufzunehmen, so ist diese Vorsicht doppelt notwendig, da sie sich noch überdies in einem wichtigen Punkte völlig widersprechen: nach der einen Darstellung haben sich die Kardinäle für die künftige Papstwahl dem Kanzler Roland verpflichtet, nach der anderen dem Papste Hadrian, nach einer dritten unter sich, nach der Epistola minor den Lombarden. (Letztere ist also auch von gegnerischer Seite der einzige Beleg für die von Ribbeck angenommene Art der Verpflichtung.) Ein weiterer Wertmesser für die Glaubwürdigkeit der Anklage ist die Behauptung der Viktoriner, dass zwei Wähler Viktors — gemeint sind offenbar Johann und Guido — an der Verschwörung teilgenommen und über dieselbe später Aussage gemacht hätten. Da jene Kardinäle bei den Verhandlungen in Anagni nicht anwesend waren, konnten sie höchstens nachträglich in die Verschwörung eingeweiht werden. Mit Recht sagt aber hier Ribbeck: „Ist den Alexandrinern eine solche Unvorsichtigkeit zuzutrauen, Männern, die man als erklärte Anhänger des Kaisers kannte, ein so gefährliches Geheimnis zu verraten?" Letztere Behauptung der Viktoriner ist offenbar erfunden, um den Mangel einer authentischen Quelle zu ersetzen. Endlich führe ich an, dass selbst die Domherren von St. Peter die eidliche Verpflichtung der Kardinäle für die künftige Papstwahl nur als Gerücht bezeichnen („ut dicitur"!). Bei dieser Art der Überlieferung könnte an der besagten Anklage nur festgehalten werden, wenn innere Gründe absolut dafür sprechen würden. Diese sprechen aber mehr dagegen. Nicht bloss brachten sich die Kardinäle durch einen derartigen Eid in Kollision mit jener kanonischen Forderung, in der Zöpffel das einzig erweisbare Kennzeichen der sanior pars erblickt, und setzten sich damit der Gefahr aus, ihr Wahlrecht zu verlieren; eine derartige Verpflichtung war überdies bei der Anzahl der in Anagni anwesenden Kardinäle — 13 gegenüber den 31 des Gesamtkollegiums — nach Umständen unausführbar und nutzlos. Nach all dem ist die eidliche Verpflichtung der Kardinäle für die künftige Papstwahl aus der Reihe der historisch beglaubigten Thatsachen zu streichen. Als eine völlig böswillige Erfindung möchte ich darum die Anklage selber nicht bezeichnen. Die durch den plötzlichen Tod Hadrians bewirkte zeitliche Nähe des Vertrages von Anagni und der Wahl Alexanders, eines der Teilnehmer jenes Vertrages, mochte den Gedanken nahe legen, die Wahl als eines der Resultate jenes Vertrages zu betrachten. In demselben Grade, als eine wirkliche Verpflichtung schwer zu kontrollieren war, in demselben Grade musste die Neigung, der Majorität einen derartigen Vorwurf zu machen, und die Geneigtheit, an einen solchen zu glauben, bestehen. Ähnlich hat man 1130 die bei Anaklet II. stehende Majorität verdächtigt, mit ebenso wenig Beweisen, freilich mit mehr Erfolg. Diese einmal gezogene Folgerung hielt man bei der menschlichen Schwäche und der damaligen Parteileidenschaft um so mehr fest, als sie eine Handhabe bot, der gegnerischen Majorität den Charakter der sanior pars abzusprechen. Andererseits

ist es keineswegs ausgeschlossen, dass man in Anagni, wo man die Einleitung traf zu einem nach menschlicher Berechnung lange dauernden Kampfe gegen einen Friedrich Barbarossa, den Tod des gegenwärtigen Papstes und eine künftige Papstwahl in Berechnung zog und dass die Kardinäle in Gegenwart Hadrians und der fremden Gesandten sich verabredeten, eintretenden Falles, wo möglich, nur einen aus ihrer Mitte zu wählen. Keineswegs aber enthielt der Vertrag selber ein derartiges Versprechen. Noch weniger haben die Kardinäle eine solche Verpflichtung eidlich übernommen; sind ja selbst die als thatsächlich erkannten Verpflichtungen mit grosser Wahrscheinlichkeit nur „auctoritatis verbo" verbürgt worden. Mit der eidlichen Verpflichtung der Kardinäle für die künftige Papstwahl fällt natürlich zugleich die eidliche Verpflichtung der „episcopi circumpositi" betreffs der Konsekration eines künftigen Papstes; die Anklage scheint entweder eine Folgerung aus der thatsächlichen Schwierigkeit, einen jener Bischöfe für die Konsekration Viktors zu gewinnen, gewesen zu sein oder eine Erfindung, um diese Thatsache bei den Gläubigen ins gewünschte Licht zu stellen.

d) Wahlbericht Propst Gerhohs v. Reichersberg.*)

(Gerhoh, De investigatione Antichristi I, c. 57.)

Obeunte papa Adriano, cum ad eligendum Romanum pontificem episcopi ac presbyteri, diacones aliique sanctae Romanae ecclesiae cardinales convenissent et singulorum voluntates secreto ab his, quibus id iniunctum fuerat, requisitae fuissent idque, quod inventum et scripto notatum fuerat, in medium idem ipsi protulissent: maior et potior apparuit numerus cardinalium, qui in cancellarii Ruolandi electionem consenserant. Nam paucis valde in electionem Octaviani, aliquibus etiam in magistrum Bernhardum eligendum complacuit. Dumque ageretur cum eis, quatenus se ad maiorem numerum cardinalium colligerent, eo quod tres papae esse non possent, hi, qui magistrum Bernardum nominaverant, ab eius

*) Für die Glaubwürdigkeit Gerhohs spricht folgendes: G. konnte die Wahrheit sagen; denn er stand sowohl mit den Wählern Alexanders, als mit angesehenen Häuptern der Gegenpartei in lebhaftem Verkehr. Er wollte die Wahrheit sagen, da er auch sonst rücksichtslos der Wahrheit Zeugnis gab, die Gebrechen der Kirche z. B., obwohl streng kirchlich gesinnt, schonungslos aufdeckte, da er überdies den Wahlbericht zu einer Zeit schrieb, zu der er zwischen den Parteien noch schwankte und, um nicht bloss andere, sondern auch sich selber zur Wahrheit zu führen, sorgfältig alles niederschrieb, was er über die Wahl und die ihr vorausgehenden Ereignisse vernahm. Dazu kommt noch, dass dem Berichte Gerhohs anderweitige Nachrichten nicht nur nicht widersprechen, sondern vielmehr diese durch jenen erst verständlich werden; so dient die von G. berichtete ursprüngliche Neutralität der Mittelpartei als Erklärungsgrund dafür, dass eine gewisse Anzahl von Wählern sowohl von alexandrinischer, als von viktorinischer Seite für ihren Kandidaten in Anspruch genommen wird. Die ursprüngliche Kandidatur Bernhards wird überdies direkt bestätigt durch das Schreiben Eberhards v. Bamberg und das der 25 alexandrinischen Kardinäle.

nominatione recesserunt, et ex eis aliqui se in electionem cancellarii iunxerunt, aliqui vero etiam ambigue se ad Octaviani et cancellarii electionem habuerunt, ita ut ad utrumque devotionem suam ostenderent, quilibet ex his duobus salva pace et unitate eligi potuisset. Etiam numerus cardinalium, qui in Octavianum sive omnino sive cum tali ambiguitate consenserant, usque ad septem excrevit. Sed nimia erat etiam in his paucitas comparatione numeri eorum, qui in electionem Ruolandi cancellarii consenserant. Igitur et cum his agi studiose coepit, quatenus a parte illa sua modica recedentes, ad universitatem se colligerent. Et obtentum est usque ad tres, quorum unus erat Johannes Pisanus, alter Guido Cremensis, qui contentiosius aiebant et instabant, dicentes se nunquam ab Octaviani electione recessuros. His tertius adhaesit Tusculanus. Et hi tres quartum Octavianum papam facere moliti sunt.

XL. Synode von Pavia 1160 (5.—11. Februar).*)

[Die Encyklika gibt das Resultat der Verhandlungen. Über den Gang derselben vgl. folgende Quellenstellen: Schreiben Eberhards v. Bamberg an Eberhard v. Salzburg (Ragewin IV, c. 81): Convenientibus in unum Papiae episcopis circiter 50 diuque ventilata questione papatus, cum dilatio primo pene omnibus complacuisset usque ad maiorem rei noticiam et aliud generalius concilium, prevaluit tandem pars domni Victoris ... longo tamen examine premisso de tempore et ordine electionis suae. — Schreiben Propst

*) Gemäss dem Beschlusse einer von 22 deutschen und italienischen Bischöfen besuchten Versammlung, auf welcher überdies die Cisterzienseräbte v. Citeaux, Clairvaux u. Morimond anwesend waren, lud Friedrich I. zu einer Kirchenversammlung nach Pavia ein. Am 5. Februar wurde die Versammlung im Dome von Pavia eröffnet. Als Quellen für die Paveser Synode dienen: 1. die S. 137 Anm. unter 3c) u. d) angeführten offiziellen Aktenstücke der Paveser Synode u. im Anschluss an die Synode geschriebenen Privatbriefe; 2. die ebenda unter 1c) bis h) aufgezählten Parteiberichte der Alexandriner; 3. folgende Scriptores: Vincentius v. Prag (M. G. SS. XVII, 679); Ragewin, Gesta IV, c. 74 f. u. c. 83; Annales Col. Max. (M. G. SS. XVII, 772); Otto Morena (M. G. SS. XVIII, 620 f.); Gerhoh, De investigatione Antichristi I, c. 57 Schluss u. c. 60; Annales Reichersberg. (M. G. SS. XVII, 467); Boso, Vita Alex. (Watterich a. a. O. II, 385). Ich habe das offizielle Synodalrundschreiben, die Epistola Concilii, u. den Brief Johanns v. Salisbury an Randulf v. Serris, worin die Paveser Synode vom alexandrinischen Standpunkte einer eingehenden Kritik unterworfen wird, für meinen Text ausgewählt; in den Anmerkungen gebe ich die wichtigsten Stellen aus den anderen Quellen. Die Epistola Concilii ist in zwei Fassungen auf uns gekommen;

Heinrichs v. Berchtesgaden an Eberhard v. Salzburg (Ragewin IV, c. 82): Cardinales et clerici, qui pro parte Victoris aderant, in medium processerunt et utriusque seriem electionis exposuerunt. Super qua continuis 5 diebus ab episcopis et aliis prudentibus viris copiose disputatum cum fuisset, sexta tandem die in publico consistorio electionis capitula denuo proposita sunt, et singula a canonicis aecclesiae beati Petri et rectoribus Romani cleri, sacramento super sancta quatuor euangelia prestito, confirmata . . . Unde, quia dilatio non parvum tam aecclesiae quam imperio videbatur minari periculum . . ., eundem Victorem ut apostolicum in aecclesia sollempniter suscipientes, solitam ei reverentiam exhibuerunt. — Vincentius v. Prag (der als Begleiter des Erzbischofs Daniel v. Prag auf der Synode anwesend war — M. G. SS. XVII, 679): Sicut in huiusmodi re fieri solet, alii hunc, alii alium verum papam et catholicum proferunt, plurimi episcopi Lombardiae in absentem Rolandum sententiam non debere mitti asserentes. Contra hoc plurimi Alemanniae principes respondent: Episcopos Lombardiae has omnes vocationes et curias cum quinque solidis posse celebrare dicunt. Verumtamen quia quidam eorum ab oriente, quidam ab occidente, quidam a desertis montibus ad hoc determinandum vocati veniant, hanc peremptoriam vocationem utriusque partis esse asserentes, dicunt: „Qui ad hoc venire neglexit, negligatur et ipse; qui hoc spernit, spernatur et ipse; et qui de trina vocatione in hoc articulo aliquid somniant, dormierunt somnum suum et nihil invenerunt in manibus suis.“ Peregrinus Aquileensis patriarcha, Arnoldus Moguntinensis archiepiscopus et alii episcopi dicunt surgentes: „Quia Rolandus vocationem imperatoris et iudicium ecclesiae spernit, spernatur et ipse, et quia Octavianus se humiliavit et eorum iudicio se obtulit, verum esse papam et catholicum iudicio ecclesiae Dei.“ Hoc episcopi plurimi, singillatim interrogati, laudant. (Vgl. auch unten!)]

---

die kürzere (Ep. minor) überliefert Ragewin Gesta IV, c. 80, der sie wohl dem Salzburger Archive entnommen hat; die längere (Ep. maior) hat auf Grund eines Codex Elnonensis zuerst Martene et Durand, Thesaurus nov. anecdot. I, 447 ff. (darnach Pertz in M. G. legg. II, 125 ff. u. Watterich a. a. O. II, 483 ff.), nach einem Codex Cottonianus aber Brown, Appendix ad fasciculum rerum expetendarum et fugiendarum II, 552 ff. publiziert. Ich habe für die Epistola maior die genannten editiones principes meinem Texte zu grunde gelegt. Über die Paveser Synode handeln: Reuter a. a. O. I, 82, 111—133, 502—516; Tourtual a. a. O. S. 220 ff.; Schmidt, Die Stellung der Erzbischöfe u. des Erzstifts v. Salzburg zu Kirche u. Reich unter Kaiser Friedrich I., Arch. f. öst. Gesch. XXXIV, 18–24; Prutz a. a. O. I, 226—231, 238—49; Wagner, Eberhard II. Bischof v. Bamberg, S. 59–63; Giesebrecht a. a. O. V, 235—237, 239—54; Nitzsch a. a. O. II, 264 f.; Hefele-Knöpfler a. a. O. V, 579—593. Über das Verhältnis der beiden Fassungen der Epistola Concilii vgl. Moritz Meyer, Die Wahl Alexanders III. u. Viktors IV. S. 36—49; über das Verhältnis der Epistola maior zu dem bei Sudendorf Registrum I, nr. 23, S. 62 ff. befindlichen fragmentarischen Tractatus de schismate vgl. Ribbeck, Der Traktat über die Papstwahl d. J. 1159, Forsch. z. d. G. XXV, 354–364. Wacker, Der Reichstag a. a. O. S. 6 betont den Doppelcharakter der Versammlung als Reichstag u. Konzil (besser Synode!). Über die rein kirchliche Angelegenheit haben jedoch nur die geistlichen Würdenträger beraten; Friedrich hat zwar die erste Sitzung eröffnet, den Verhandlungen aber nicht angewohnt.

A. Epistola Concilii.

a) Epistola minor.

(2) Quia sedis apostolicae turbatio christianorum animos admodum sauciavit, nos, qui ad resecanda scismata et pacem aecclesiae reformandam Papiae fuimus congregati, qualitatem causae modumque negotii et sacri concilii dispensationem universitati vestrae plenarie duximus intimandum, quatinus, per scripta presentia mera veritate monstrata, auditorum animi falsitatem, quam forte conceperant, vehementer expellant et ammodo per scripta scismatica non seducantur.

(3) Cum igitur orthodoxorum Papiae congregatorum universitas in nomine Domini consedisset, causa per 7 dies continuos, omni remoto seculari iudicio, legittime et canonice agitata ac diligenter inspecta, sufficienter et canonice in conspectu concilii per testes idoneos est comprobatum:

b) Epistola maior.

(1) P(eregrinus) Dei gratia Aquileiensis patriarcha, Ar(noldus) Moguntinus, R(einoldus) Coloniensis, W(ichmannus) Magdeburgensis[a] et H(artwichus) Bremensis archiepiscopi et universi episcopi et abbates et viri religiosi in concilio Papiae congregati, regibus[b], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, marchionibus et omnibus Christi fidelibus, ad quos literae istae pervenerint, salutem et orationes in Christo.*)

(2) Quia sedis apostolicae turbatio christianorum animos admodum sauciavit, nos[c], qui ad resecanda schismata et pacem ecclesiae reformandam[d] Papiae[e] fuimus congregati, qualitatem causae modumque negotii et sacri concilii statutum universitati vestrae plenarie duximus intimandum: quatenus, per scripta praesentia mera veritate monstrata, auditorum animi falsitatem, quam forte conceperunt[f], vehementer expellant et amodo per scripta schismatica non seducantur.

(3) Cum igitur orthodoxorum Papiae congregatorum universitas in nomine Domini[g] consedisset, causa per septem continuos dies, remoto omni saeculari iudicio, legitime et canonice agitata ac diligenter inspecta, sufficienter et canonice in conspectu concilii per testes idoneos est comprobatum:

---

a) W. M. fehlt bei Brown.
b) Brown: r. et principibus.
c) Brown: nos et qui.
d) et p. e. r. fehlt bei Martene et Durand (MD.).
e) fehlt bei Brown.
f) Brown: perceperunt.
g) i. n. D. fehlt bei MD.
*) Ragewin schickt dem Texte der Epistola folgende Worte voraus: Rescriptum generale a synodo praesidentibus per partes mundi directum hoc est.

(4) domnum papam Victorem et nullum alium in basilica beati Petri a *saniori parte* cardinalium, *petitione populi et consensu ac desiderio cleri* fuisse electum et sollempniter *inmantatum*, quod, presente et non contradicente Rolando quondam cancellario, in kathedra beati Petri fuerit collocatus, et quod ibi ei a cardinalibus et clero Romano 'Te Deum laudamus' gloriose decantatum, et inde ad palatium cum bandis et aliis papalibus insignibus est deductus.*)

(4b) Et clerus et populus secundum consuetudinem interrogatus per scriniarium, si placeret, tribus vicibus clara voce respondit: 'Placet'.

(5) Probatum est etiam, quod Rolandus 12. die post domni Vic-

*) Dass diese drei Momente (sanior pars, Priorität der Immantation, Mitwirkung von Klerus und Volk) auf der Synode von Pavia ausschlaggebend waren, wird durch die Actio concilii oder das Zeugenprotokoll und das Schreiben Eberhards von Bamberg bestätigt.

(4) dominum papam Victorem et nullum alium in basilica b(eati) Petri a saniori parte cardinalium, petitione populi, consensu et desiderio cleri Romani[a] fuisse electum et solemniter immantatum, et quia, praesente et non[b] contradicente Rollando quondam cancellario, in cathedra beati Petri fuerit collocatus, et quod ibi ei[c] a cardinalibus et clero Romano ‚Te Deum laudamus' gloriose est decantatum, et inde ad palatium cum bandis et aliis papalibus insignibus est deductus.

(4a) Probatum est,[d] quod eo tempore, quo electio Romae celebrabatur, erant in urbe tantummodo 22 cardinales, ex quibus, cum dominus Victor tunc Octavianus et Rollandus segregati fuissent, remanserunt[e] tantummodo 20 electores, ex quibus 9 sanioris consilii et nulla coniuratione foederati, quorum vox prima erat in electione, *una*[f] *cum capitulo beati Petri*, petitione populi, consensu et desiderio cleri, annuente ordine senatorum et nobilioribus Romanis[g], dominum elegerunt Victorem.
(4b) Et clerus et populus secundum consuetudinem interrogatus per scriniarium, si placeret, tribus vicibus clara voce respondit[h]: ‚Placet'.

(5) Probatum est etiam, quod Rollandus post domini Victoris promotionem 12.[i] die ab Urbe egressus, apud Cister-

a) Brown: Romae.
b) Brown: tum.
c) fehlt bei Brown.
d) fehlt bei Martene et Durand (MD.)
e) Brown: remanserant.
f) Brown: unaque.
g) Brown: nobilibus Romanorum.
h) So Brown; MD.: responderunt.
i) So Brown; MD.: tertio. (Lesefehler!)

toris promotionem ab Urbe egressus, apud Cisternam, in qua Nero imperator quondam ab Urbe profugus latitavit, primo est inmantatus.

(6) Probatum est, Rolandus, interrogatus a rectoribus cleri Romani ac clericis de sua cardinalia, si domno Victori esset obediendum, expresse confessus est, se numquam fuisse inmantatum, et expresse dixit: 'Ite et obedite ei, quem inmantatum esse videtis'.

(7) Super his capitulis fuerunt testes et sub stola tactis sacrosanctis euangeliis iuraverunt domnus Petrus Christianus decanus basilicae beati Petri et in persona sua et omnium fratrum suorum.

(8) Iuraverunt etiam venerabiles archipresbiteri et rectores cleri Romani Blasius et Mainerius, presbiter Iohannes, presbiter Gentilis, Aimerardus archipresbiter, Ber-

nam in finibus terrae Siculi[a]), in loco non celebri primo est immantatus.*)

(6) Probatum est, [b]) quod in secunda die post promotionem domini Victoris Rollandus, interrogatus a rectoribus cleri Romani et a clericis de sua cardinalitate[c]), si domino Victori esset obediendum, expresse confessus est, se nunquam fuisse immantatum, et expresse dixit: ‚Ite et obedite[d]) ei, quem immantatum esse videtis.'

(7) Super his capitulis fuerunt testes et sub stola tactis sacrosanctis evangeliis iuraverunt dominus Petrus Christianus decanus basilicae sancti Petri cum duobus fratribus suis in persona sua et totius capituli basilicae[e]) beati Petri, ubi corpus ipsius apostolorum principis requiescit, quae est mater nostra et caput omnium ecclesiarum, cuius etiam literas et[f]) plenum testimonium habebamus[g]).

(8) Similiter iuraverunt religiosi et honestissimi rectores[h]) et praelati cleri Romanae urbis, qui omnia viderunt et tractaverunt, quorum nomina sunt haec: dominus Basilius archipresbyter, dominus Mainerius archipresbyter, I(o-

---

a) MD.: Sicilii; B.: in finibus Siciliae.
b) B. fügt etiam hinzu.
c) d. s. c. fehlt bei B.
d) So B.; MD.: Ita obedite.
e) fehlt bei MD.
f) litteras et fehlt bei MD.
g) B.: habeamus.
h) B.: religiosi viri et honesti rectores.
*) Annales Stadenses: Seditque papa Victor sine omni contradictione in sede apostolica diebus 11. Duodecimo die Rol. canc. cum suis complicibus Siculum adiens, se papam Alexandrum auxilio Siculi et eorum, quos ipse advocare poterat, fecit solemniter proclamari.

nardus archipresbiter, Iohannes archipresbiter, Benedictus diaconus, magister Tolomeus archipresbiter, magister Gerardus et Nicolaus et alii honesti clerici Romani.

(9) Preterea Petrus illustris Urbis prefectus, Stephanus de Thebaldo, Stephannus Nortmannus, Gimundus de domo Petri Leonis, Iohannes de Stephano et alii principes et nobiles Romani, qui ad vocationem serenissimi imperatoris venerant, in conspectu concilii super iam dictis capitulis ex maxima parte testimonium similiter perhibuerunt et iurare voluerunt. Sed quia nos relligiosorum presbiterorum multorum testimonium sufficiens et habundantissimum habebamus, duximus laicis in hac parte parcendum.

(10) Deinde venerabiles episcopi Herimannus Ferdensis, Daniel Bragensis et Otto palatinus comes et magister Heribertus prepositus, quos domnus imperator ex consilio 22 episcoporum et Cisterciensis et Clarevallensis abbatum aliorumque relligiosorum tunc presentium*) Romam delegaverat,

*) Über diese Versammlung vgl. das Schreiben Friedrichs an die deutschen Bischöfe vom 23. Oktober 1159 (Ragewin IV, c. 66) und den öfter citierten Bericht des Kaisers über die Paveser Versammlung an Eberhard v. Salzburg (Ragewin IV, c. 79).

annes) archipresbyter, Aimerardus archipresbyter[a]), Bernardus archipresbyter, item I(oannes) archipresbyter, Gentilis presbyter, Tholomeus archipresbyter, Benedictus diaconus[b]), magister Gerardus, Nicolaus et alii religiosi et honesti clerici Romani.

(9) Praeterea P(etrus) illustris Urbis praefectus, Stephanus de Tebaldo[c]), Stephanus Normannus, Guimundus filius Petri Leonis, I(oannes) de Stephano et alii principes et nobiles Romani, qui ad vocationem serenissimi imperatoris venerant, in conspectu concilii super iam dictis capitulis omnes pariter testimonium similiter[d]) perhibuerunt[e]) et iurare voluerunt. Sed nos quia religiosorum archipresbyterorum multorum et capituli beati Petri testimonium sufficiens habebamus et abundantissimum, duximus laicis in hac parte parcendum.*)

(10) Deinde venerabiles episcopi Her(mannus) Verdensis, Daniel Pragensis, O(tto) palatinus comes et Herbertus praepositus, quos dominus imperator ex consilio 22[f]) episcoporum et multorum religiosorum abbatum aliorumque religiosorum tunc praesentium Romam[g]) delegaverat, ut partes ante concilii praesentiam Papiam evocarent[h]), in conspectu concilii testimonium perhibuerunt, quod R(olandum) cancella-

a) A. a. fehlt bei B.
b) B.: decanus.
c) B.: Thebis.
d) fehlt bei MD.
e) B.: exhibuere.
f) So B.; MD. duodecim (Lesefehler wie oben!)
g) B.: Romae.
h) So B.; MD.: revocarent.
*) Über diese Zeugenaussagen vgl. Actio Concilii. Daselbst heisst es: De omnibus supradictis capitulis testes fuerunt Petrus Christianus decanus basilicae beati Petri et omnes fratres eius et duo rectores cleri Romani,

ut partes ante concilii presentiam Papiam evocarent, in conspectu concilii testimonium perhibuerunt, quod Rolandum cancellarium et partem eius trinis edictis per intervalla peremptorie et sollempniter ad presentiam aecclesiae Papiae congregandae, remoto omni seculari iudicio, vocaverunt, et quod Rolandus cancellarius et sui cardinales viva voce et ore proprio, iudicium vel examen aliquod aecclesiae se nolle recipere, manifeste dixerunt.*)

*) Die Antwort Alexanders III. bei Boso, Vita Alex. (Watterich II, 383): Sane beato Petro et per eum sacrosanctae Romanae ecclesiae, cuius ipse per Deum magister extitit ac fundator, hoc privilegium legitime a Domino Jesu Christo sanctisque patribus traditum et per prospera et adversa, etiam cum effusione sanguinis, cum oportuit, usque ad haec tempora conservatum, ut universarum ecclesiarum causas, cum res exigeret, ipsius auctoritas discuteret ac finiret, ipsa vero nullius unquam iudicio subiaceret.

rium et partem eius trinis[a]) edictis per intervalla temporum peremtorie et solemniter[b]) ad praesentiam ecclesiae Papiae tunc congregandae, remoto omni saeculari iudicio, vocaverunt, et quod R(olandus) et sui cardinales viva voce et ore proprio, iudicium vel examen aliquod[c]) ecclesiae se nolle recipere, manifeste dixerunt.

(10a) Ostensum est, quod iidem legati R(olando) suisque sequacibus securissimum conductum sub fide sacramenti in eundo ad concilium et manendo[d]) et redeundo praestare voluerunt. Ad maioris quoque securitatis plenitudinem dominus papa Victor arces et castella et fratres ac nepotes suos obsides eis[e]) obtulit, si in facie ecclesiae secum[f]) in iudicio sistere voluissent[g]).

Blasius scilicet presbiter et Manerius presbiter, et 7 archipresbiteri Romanae urbis et 4 alii tam diacones quam subdiacones . . . et Petrus Urbis prefectus et Stephanus de Tebaldo et Stephanus Nortmannus et Johannes de Sancto Stephano et Johannes Gaietanus et Wolframmus de Gidocica et Gimundus de domo Petri Leonis et multi alii illustres Romani et nobilissimi. Zur Zeugenschaft des Domkapitels vgl. auch das Schreiben der Domherren von St. Peter: Duos de fratribus nostris, Petrum Christianum aecclesiae nostrae decanum et Petrum Gwidonis camerarium sanctae Romanae aecclesiae subdiaconum, sanctitati vestrae transmittimus, ut de his omnibus veritatis testimonium etiam viva voce perhibeant.

a) So B.; MD.: ternis.
b) B.: solicite.
c) B.: aliquid.
d) e. m. fehlt bei MD.
e) B.: ei.
f) fehlt bei B.
g) B.: voluisset.

Rollandus vero, qui ante huiusmodi vocationem instanter[a] per litteras et per legatos suos iudicium multotiens postulaverat, has omnes vocationes et securitatis promissiones contumaciter et superbe contemsit. *)
(10b) Praeterea coniurationem, inter

---

a) fehlt bei MD.

*) Zu dem Versprechen sicheren Geleites vgl. Schreiben Friedrichs an den Kanzler Roland (Ragewin IV, c. 65): Quodsi ad tam celebrem aecclesiae conventum examinationis causa venire volueritis, karissimi principes nostri et aecclesiae katholicae Herimannus Ferdensis, Daniel Bragensis patres et episcopi venerabiles, quos de palatio nostro ad vos transmisimus, una cum comite palatino, consanguineo nostro, aliisque legatis nostris, securum vobis conductum prestabunt. — Das Anerbieten Viktors wird indirekt bestätigt durch die in dem Gesamtschreiben der 25 alexandrinischen Kardinäle erwähnte Forderung der kaiserlichen Gesandten: Sicut edocti venerant, municipia et obsides petierunt, per quae de servanda sententia recursus (securus, Watterich!) fieret imperator. — Zu der dritten Angabe vgl. folgende Stelle in dem eben angeführten Schreiben: Unde cum ad praesentiam eius de fratribus nostris destinare vellemus, qui super facto ita eum instruerent, ut per ignorantiam facti in sinistram partem declinare non posset, et tunc, si forte penes eum aut ecclesiam Dei de facto nostro ulla dubitatio remaneret, quod tamen enucleato facto impossibile videbatur, libenter Romam iuxta canonicam normam de diversis partibus orbis personas ecclesiasticas vocaremus, ad eorum consilium, si circa factum nostrum corrigendum aliquid videretur, prompto animo correcturi: noluerunt, qui missi fuerant, responsum nostrum accipere. — Gleichwohl behauptet Meyer a. a. O. S. 47, dass sämtliche drei Angaben sonst nirgends in den Quellen einen Anhaltspunkt fänden.

hunc[a]) et suos sequaces cardinales cum Mediolanensibus et Siculo nefandissime perpetratam, et per ipsos coniuratores et per litteras Rollandi Mediolanensibus directas et aliis manifestissimis argumentis deprehendimus[b]) et cognovimus. Cuius coniurationis tenor et continentia talis erat: ut numquam alter sine altero cum Romano imperio pacem teneret; et si interim papam Adrianum mori contingeret, unum de illis cardinalibus, et non alium in papam eligerent[c]), qui eadem coniuratione teneretur.*)

(10c) Per scripta etiam Rollandi suo sigillo bullata et in orbe[d]) transmissa et in conspectu concilii recitata mendacia manifestissima et detestabilia deprehendimus in haec verba: ‚Testamur Deum, quem nullum latet secretum, quod non mendacium fingimus, sed meram sicut est loquimur veritatem, quia duo tantum elegerunt Octavianum, Iohannes sancti Martini et G(uido) Cremensis cardinales, ceteri vero omnes[e]) in

---

a) MD.: haec.

b) B.: inter Rolandum et suos sequaces cardinales nefandissime perpetratam, per ipsos . . . indiciis deprehendimus.

c) B.: eligeret.

d) Diese Leseart sowohl bei MD. als bei B.

e) So B.; omnes fehlt bei MD.

*) Tractatus de schismate: Renovata inter se coniuratione cum Mediolanensibus et Siculo sub iureiurando foedus composuit, ut altera pars sine altera cum imperio nunquam pacem teneret; quod, si interim Adrianum mori contingeret, secta illa cancellarii ex debito iuramenti unum ex his in papam eligeret, qui iam dicto iuramento Mediolanensibus et Siculo tenebantur, et electus eodem iuramento teneretur. Haec coniuratio ab ipsis Mediolanis et a quibusdam ipsius sceleris iuratoribus deprehensa et manifeste comperta. Vgl. das S. 153 ff. über die Verschwörung von Anagni gesammelte Quellenmaterial, namentlich die Stelle im zweiten Schreiben Viktors IV., sowie die diesbezügliche Stelle im Schreiben der viktorinischen Kardinäle!

nostram personam convenerunt.' In his itaque verbis[a] venerabile concilium non solum mendacia manifestissima[b] deprehendit, sed etiam detestabile periurium recognovit[c]. Praeter eos namque 2[d] cardinales, quos dominum Victorem elegisse Rollandus asseruit, habuimus in facie concilii electorem et consecratorem domini papae Victoris domnum Y(marum) Tusc(ulanum)[e] scilicet episcopum, omnium cardinalium priorem et antiquiorem, cuius erat prima vox in electione pontificis. Habuimus et praesentem domnum W(ilhelmum) cardinalem sancti Petri ad Vincula, quem advocati domni papae Victoris in praesentia omnium domnum Victorem[f] elegisse affirmaverunt, et ipse W(ilhelmus) in medio concilii hoc audivit et non negavit. Item[g] domnus C(inthius) cardinalis sancti Adriani, infirmitate detentus, per cyrographum nobis voluntatem suam exposuit et per nuncium iurare praecepit, domnum Victorem se elegisse et ei obedisse et eum et non alium in dominum et papam velle se habere. Magister etiam[h] Rai(mundus[i]) cardinalis sanctae Mariae in Via lata, sicut pro certo cognovimus, eum elegit et ei obedivit. Propter quod etiam, dum ad concilium tenderet, a fautoribus Rollandi Pisis captus est et crudelissime[k] verberatus et in carcerem trusus. G(regorius) Sabiniensis episcopus et Ar(dicio) cardinalis et alii multi obedierunt domino Victori, qui, ut accepimus, vana[l] spe pecuni-

---

a) v. fehlt bei B.
b) So B.; MD.: manifestissime.
c) B.: cognovit.
d) So B.; 2 fehlt bei MD.
e) MD.: Venusii; nach Watterich offenbar ein Schreibfehler aus der Sigle Tusc.; B.: Ymarum venerabilem Tusculanum episcopum ... primum et antiquiorem.
f) So B.; MD.: Victorem se.
g) So B.; MD.: nam.
h) So B.; etiam fehlt bei MD.
i) MD.: Ro.; B.: Ro(dbertus).
k) B.: elegit, qui etiam ... fustibus crudelissime.
l) B.: cepimus, varia.

arum seducti, postea abierunt retrorsum.*)

(10d) Praeterea nos antiquorum patrum a) vestigia et Romanae ecclesiae consuetudinem imitantes, librum de vita et ordinatione Romanorum pontificum super similibus causis et dissensionibus b) in medio concilio fecimus recitari, ubi manifestissime c) comperimus, quod in huiusmodi negotiis illum semper sancta statuit ecclesia praeferendum, qui petitione populi, consensu et desiderio cleri a cardinalibus prior est immantatus et d) in cathedra beati Petri collocatus. Illud etiam, quod de Anacleto et domino Innocentio nostris temporibus accidisse recolimus, ad memoriam concilii nihilominus est revocatum, quod, licet una et eadem die ambo immantati fuissent, ille potius est ab ecclesia approbatus, cuius immantatio aliqua diei parte praecessit. A saeculo non est auditum, quod post unius immantationem die transacta, alius postea fuerit immantatus. Rollandus autem non una tantum e), sed undecima transacta die post immantationem domini Victoris fuit immantatus.**)

(11) Vidimus etiam scripta Heinrici Pisani cardinalis ad domnum imperatorem directa, in quibus expresse continebatur,

(11) Praeterea vidimus scripta Hen(rici) Pisani cardinalis ad dominum imperatorem directa, in quibus expresse continebatur, quod nullum vellent ecclesiae subire iudicium et examen. Super

a) So B.; p. fehlt bei MD.
b) So B.; e. d. fehlt bei MD.
c) B.: manifeste.
d) So B.; i. e. fehlt bei MD.
e) t. fehlt bei B.

*) Vgl. S. 150 Anm., namentlich die dort citierte Stelle im Schreiben Eberhards v. Bamberg an den Salzburger Erzbischof!

**) Eberhard v. Bamberg führt in seinem Schreiben an Eberhard v. Salzburg als eines der Motive für die Paveser Synodalsentenz an: quia domni Victoris immantatio prior, illa posterior, quo solo Innocentius Anacleto prevaluit, cum Anacletus plures et maximae scientiae et auctoritatis haberet electores.

quod nullum vellent aecclesiae subire iudicium vel examen. Super haec omnia idem Heinricus et Otto cardinalis Sancti Nycolai de Carcere Tulliano, qui tempore concilii et ante aput Ianuam morabantur, et Iohannes Anagninus cardinalis et Iohannes Piozutus sanctae Romanae aecclesiae subdiaconi, qui tunc aput Placentiam erant, per 8 dies a concilio toto sunt exspectati et per litteras ac nuncios concilii sunt vocati et contempserunt venire. *)

(12) Ex his igitur omnibus sufficienter instructi et veritate hinc inde plenarie declarata, placuit reverendo concilio, ut electio domni Victoris, qui tamquam agnus mansuetus et innocens venerat aecclesiae iudicium humiliter suscepturus, approbaretur et confirmaretur, et electio Rolandi penitus cassaretur. Et factum est ita.

(13) Electione itaque domni Victoris, remoto omni seculari iudicio, sancti Spiritus gratia invocata, confirmata et recepta, christianissimus imperator post omnes episcopos et post omnem clerum ultimus consilio et petitione concilii electionem domni Victoris recepit et approbavit. Et post eum omnes principes et innumerabilis hominum multitudo, quae presens

*) Vgl. das Gesamtschreiben der 25 alexandrinischen Kardinäle: Nos autem, licet tam manifeste iam praecipitasset ipse sententiam, ne tamen alicuius videremur arrogantiae arguendi, tres de fratribus nostris per diversa maris terraeque pericula Januam misimus, ut ad imperatorem, si securitatem habere possent, euntes coram eo et omnibus,

haec omnia Hen(ricus) et O(tto) cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano[a]), qui tempore concilii et ante apud Ianuas morabantur, et I(oannes) Anagninus et I(oannes) Pitutus, qui a Rollando transmissi tunc apud Placentiam morabantur, per octo continuos dies a toto concilio sunt expectati et per litteras et nuncios concilii sunt vocati et contemserunt venire[b]).

(12) Ex his igitur nobis sufficienter instructis et veritate hinc inde plenarie declarata[c]), placuit reverendo concilio, ut electio domini Victoris, qui tamquam agnus[d]) mansuetus et innocens ecclesiae iudicium venerat humiliter[e]) suscepturus, approbaretur et confirmaretur, et electio Rollandi penitus cassaretur. Et factum est ita.

(13) Electione itaque domini Victoris, remoto omni saeculari iudicio, sancti Spiritus gratia invocata, confirmata et recepta, christianissimus imperator noster post omnes episcopos et post omnem clerum ultimus ex consilio et petitione concilii electionem domini Victoris recepit et approbavit. Et post eum omnes principes eius et innumerabilis hominum multitudo, quae praesens erat, interrogata[f]) tribus vicibus, si ei placeret, respondit cum gaudio: ‚Placet'.

a) MD.: cardinalem ... in carcerem trusit.
b) Dieser Absatz fehlt bei B. ganz.
c) B.: ex his igitur auctoritatibus et rationibus veritate hinc inde plenarie declarata.
d) So B.; a. fehlt bei MD.
e) fehlt bei MD.
f) B.: et interrogata.

erat, tribus vicibus interrogata, si eis placeret, respondit cum gaudio magna voce: ‚Placet'.

(14) Sequenti die proxima, id est prima sexta feria quadragesimae, domnus Victor cum processione ab aecclesia sancti Salvatoris extra civitatem, in qua fuerat hospicium eius, ad catholicam aecclesiam gloriose deductus est. Ibi religiosissimus imperator ante ianuas aecclesiae eum suscepit et descendenti de equo strepam humiliter tenuit et apprehensum per manum usque ad altare conduxit et pedes eius est osculatus. Et nos omnes, patriarcha, archiepiscopi, episcopi et abbates et omnes principes cum universa multitudine, quae presens erat, pedes apostolicos sumus osculati. Proxima autem die sequenti, id est sabbato, habito generali concilio, domnus papa et nos cum illo Rolandum cancellarium scismaticum et eius principales fautores accensis candelis anathematizavimus et tradidimus eum

qui adessent, causam aperirent ecclesiae atque ad viam rectam cum Dei adiutorio revocarent. Dum vero securitatem habere non possent, excutientes pulverem de pedibus suis, non invento filio pacis, ad partes alias migraverunt. Gerhoh, De invest. Antichr. I, c. 60: Aderant tamen satis vicini, in civitate scilicet Janua, duo legati Romanae ecclesiae ab Alexandro et cardinalibus in hoc opus missi, sed illi, u t d i c e b a t u r, praesentiam suam concilio exhibere noluerunt, nisi eis in eodem concilio l o c u s p r a e s i d e n d i concederetur, quod verbum a concilio receptum non est, maxime quia propria ipsorum causa erat in eodem concilio ventilanda.

(14) Sequenti die proxima, id est prima sexta feria quadragesimae, domnus Victor cum processione ab ecclesia sancti Salvatoris extra civitatem, in qua fuerat hospitatus, ad cathedralem ecclesiam gloriose deductus est. Ibi religiosissimus imperator ante ianuas ecclesiae eum suscepit et descendenti de equo strepam humiliter tenuit et apprehensum per manum usque ad altare conduxit et pedes eius est osculatus. Et nos omnes, patriarcha, archiepiscopi, episcopi et abbates et omnes principes cum universa multitudine, quae praesens erat, pedes apostolicos osculati sumus. Proxima autem die sequenti, id est sabbato, habito generali concilio, domnus papa[a]) et nos cum illo Rollandum olim cancellarium, nunc schismaticum, et principales eius fautores accensis candelis anathematizavimus et tradidimus eum satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini.

a) B. fügt Victor hinzu.

sathanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini.*)

(15) Illud etiam discretionis vestrae prudentiam volumus non latere, manifeste esse deprehensum, quod Rolandus cancellarius et eius sequaces quidam cardinales, vivente adhuc papa Adriano, coniuraverunt. Fuit autem tenor coniurationis, quod, si eis viventibus papam Adrianum mori contingeret, cardinalem unum de illis eligerent, qui in eadem coniuratione esset astrictus.

(16) De caetero ex parte Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum et virorum orthodoxorum, qui divino intuitu ad rescindenda scismata convenerunt, universitatem vestram humiliter imploramus et monemus in Christo, ut ea, quae aecclesia Dei Papiae congregata ad honorem Creatoris et sponsae suae, matris vestrae, sacrosanctae Romanae aecclesiae tranquillitatem et ad salutem omnium christianorum fideliter ordinavit, vos, omni dubio et ambiguitate remota, irrefragabiliter rata et firma teneatis; orantes, ut redemptor noster Christus Ihesus universalem pontificem et papam nostrum Victorem, de

*) Am 11. Februar fand die definitive Beschlussfassung statt, am 12. Februar wurde Viktor feierlich inthronisiert, am 13. Februar erfolgte die Exkommunikation gegen „Roland und dessen Anhänger". Am selben Tage wohl ist die Epistola Concilii verfasst und sogleich versandt worden.

(16) De cetero ex parte Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum et virorum orthodoxorum, qui divino intuitu ad resecanda schismata convenerunt, universitatem vestram imploramus et monemus in Christo, ut ea, quae ecclesiae Dei [a] Papiae congregata ad honorem Creatoris et sponsae suae, matris vestrae[b], sacrosanctae[c] Romanae ecclesia tranquillitatem et ad salutem omnium christianorum fideliter ordinavit, vos, omni dubio et ambiguitate remota, irrefragabiliter ratum firmumque[d] teneatis; orantes, ut redemtor noster Jesus Christus universalem pontificem et papam Victorem, de cuius sanctitate et religione omnino[e] confidimus, per tempora longa conservet et praestet ei omnimodam tranquillitatem et pacem, ita quod[f] per eum Dominus omnipotens[g] honoretur et ecclesia Romana et omnis religio gratum Domino accipiat[h] incrementum. Ut autem omnis nostra[i]

a) So B.; D. fehlt bei MD.
b) B.: nostrae.
c) So B.; MD.: sanctae.
d) So B.; MD.: firmeque.
e) So B.; MD.: omnimodo.
f) B.: ut.
g) fehlt bei MD.
h) B.: recipiat.
i) So B.; n. fehlt bei MD.

cuius sanctitate et relligione omnino confidimus, per tempora longa conservet et prestet ei omnimodam tranquillitatem et pacem, ita quod per eum Deus omnipotens honoretur et aecclesia Romana omnisque christiana relligio gratum Domino accipiat incrementum. Ut autem omnis nostra actio plenius legentibus elucescat, dignum duximus, ut omnium nostrum consensus et nomina subscribantur.

(17) Ego Peregrinus Aquilegensis patriarcha cum meis suffraganeis interfui et consensi. Ego Arnaldus Maguntinus archiepiscopus cum 14 suffraganeis interfui et consensi. Ego Hartwicus Bremensis archiepiscopus cum suffraganeis meis interfui et consensi. Ego Hellinus Treverensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi. Ego Reinaldus Coloniensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi. Ego Wichmannus Magdeburgensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi. Bizuntinus archiepiscopus per legatum et episcopum Basiliensem consensit. Arelatensis archiepiscopus consensit. Lugdunensis archiepisco-

actio plenius legentibus[a] elucescat, dignum[b] duximus, ut omnium consensus nostrum et nomina subscribantur.

(17) Ego Peregrinus Aquileiensis patriarcha cum fratribus suffraganeis[c] interfui et consensi. Ego Arnoldus Moguntinus, ego Reinoldus Coloniensis[d], ego Wichmannus Magdeburgensis, ego Ardwicus Bremensis archiepiscopi interfuimus et cum omnibus suffraganeis nostris consensimus[e]. Hellinus Trevirensis archiepiscopus, Ebrardus Salzburgensis archiepiscopus, Arelatensis archiepiscopus, Viennae archiepiscopus, G(uido) electus Ravennas omnes per legatos suos[f] et litteras suas[f] consenserunt. Rex Hungarorum, rex Danorum, rex Bohemiae per legatos suos et litteras suas consenserunt[g]. Archiepiscopus et dux Poloniae per legatos et litteras suas[f] consenserunt. Episcopus Ripensis[h], episcopus Augustidunensis[i], episcopus Tridentinus, episcopus Paduanus, episcopus Feltrensis[k], episcopus Tarvisinus[l], episcopus Mantuanus, Faventinus, Veronensis, Pergamenus, Imolensis, Mutinus[m], Laudensis, Firma-

a) So B.; l. fehlt bei MD.
b) So B.; d. fehlt bei MD.
c) B.: f. et s.
d) e. R. C. fehlt bei B.
e) B.: interfuimus cum omnibus suffraganeis nostris et consensimus.
f) fehlt bei B.
g) Der ganze Satz fehlt bei B.
h) E. R. fehlt bei B.
i) B.: Augustensis.
k) MD. u. B.: Flectrensis.
l) MD.: Telgurinus; B.: Celwinus.
m) fehlt bei B.

pus cum suis suffraganeis consensit. Viennensis archiepiscopus cum suis suffraganeis consensit. Heinricus rex Anglorum per legatos et litteras suas consensit. Rex Ungarorum per litteras et legatos suos consensit. Rex Boemorum consensit. Rex Danorum consensit. Gwido electus Ravennatensis consensit, Episcopus Firminus consensit. Episcopus Ferentinus consensit. Mantuanus consensit. Pergamenus consensit. Faventinus consensit. Abbatum vero et archipresbiterorum multitudo innumerabilis multorum regnorum interfuit et consensit. Longobardorum inestimabilis multitudo interfuit et consensit. Universi fere principes Romani imperii, tam Teutonici quam Italici, tam in Urbe quam extra Urbem, interfuerunt et assensum cum ingenti desiderio prebuerunt.

nus, Ferentinus, Terdonensis, Aquensis, Astensis, Taurinus, Vercellensis, Iporensis, Cumanus, Novariensis, Cremonensis [a]), Gebentinus, Tullensis, Virdunensis, Basileensis, Argentinus [b]), Warmacensis, Traiectensis, Verdensis, Abelenbergensis [c]), Pragensis, Ratisbonensis, Pataviensis. Item Augustensis, Bambergensis, Melfitanus. Hi omnes interfuerunt et consenserunt. Est autem numerus archiepiscoporum et episcoporum, qui praesentes fuerunt, et qui litteris suis [d]) consensum suum [e]) praebuerunt, centum quinquaginta tres. Abbatum vero et archidiaconorum [f]) et praepositorum multorum regnorum inaestimabilis multitudo interfuit et cum desiderio consensit. Interfuit etiam dux Saxoniae [g]) et Bawariae, dux Welfo, dux Zaringiae [h]), dux Suevorum, comes palatinus de Rheno, palatinus de Saxonia, de Bawaria [i]) et alii marchiones et comites, quorum nomina [k]) ignoramus.

---

a) MD.: Germonensis; B.: Cremensis.
b) fehlt bei B.
c) B.: Abelenburgensis. Ohne Zweifel der Bischof v. Havelberg, Watterich vermutet Aldenburgensis. Die Namen der folgenden Bischöfe fehlen bei B.
d) s. fehlt bei B.
e) fehlt bei B.
f) B.: archipresbiterorum.
g) B.: Saxonum.
h) B.: Thuringiae.
i) B.: comes et palatinus de Rheno, comes p. d. S., comes palatinus d. B.
k) B.: numerum.

Zur Frage der Unterschriften sind folgende Quellenstellen heranzuziehen: Schreiben Eberhards v. Bamberg an Eberhard v. Salzburg: Convenientibus in unum Papiae episcopis circiter 50 ... Nuncius regis Francorum promisit pro eo neutrum se recepturum, usque dum nuncios domni imperatoris recipiat. Nuncius regis Anglorum idem velle et idem nolle promisit tam in his quam in aliis. Arelatensis, Viennensis, Lugdunensis, Bisuntinus per litteras et nuncios consenserunt. Solus Treverensis

de regno nostro superest in parte illa de numero archiepiscoporum, qui non consenserit; eius tamen suffraganei omnes consenserunt. Usque ad vos solum perventum est. (Der Cod. Vindobonensis fügt hinzu: Nuncius enim vester praepositus ... vices vestras cautissime peregit nec unum locutus, Deo gratias, quod utinam non dixisset.)

Schreiben Propst Heinrichs v. Berchtesgaden an Eberhard v. Salzburg: Considentibus domno patriarcha. archiepiscopis et diversarum terrarum fere quinquaginta episcopis, legatis quoque regis Franciae et archiepiscoporum, Arelatensis scilicet, Lugdunensis, Viennensis, Bisuntini atque Treverensis et Ravennatis electi. . . Interfuerunt his omnibus metropolitani, domnus patriarcha, Maguntinus, Coloniensis, Magdeburgensis atque Bremensis cum nonnullis suffraganeis suis et maxima pars episcoporum Longobardiae, quorum plurimi affectuosum et plenarium predictae confirmationi tribuerunt assensum. Domnus vero patriarcha et quidam alii, salva in posterum catholicae aecclesiae censura, propter memoratas imperii necessitates obedierunt. Absentes omnes, quos prenotavimus, archiepiscopi pro se et suis suffraganeis plenarie consenserunt, excepto Treverense, qui, cum iter cepisset, infirmitate prepeditus, excusatorias tantummodo litteras direxerat. Presentes autem eius suffraganei Tullensis et Verdunensis pro se et consuffraganeo suo Metense in integrum spoponderunt. Domni Babinbergensis, Pataviensis et Ratisponensis patriarcham sunt imitati.

Ragewin IV, c. 74: Erant autem circiter quinquaginta archiepiscopi et episcopi; abbatum et prepositorum non erat pre multitudine estimatio. Legati quoque diversarum terrarum aderant, spondentes, quicquid a synodo decretum foret, indubitanter a suis recipiendum.

Vincentius v. Prag (bei Beginn der Sitzungen): Plurimi episcopi Lombardiae in absentem Rolandum sententiam non debere mitti asserentes . . . (Am Schluss:) Hoc (Anerkennung Viktors, Ablehnung Alexanders) episcopi plurimi singillatim interrogati laudant.

Gerhoh v. Reichersberg lässt die Verteidiger Viktors sagen (De investigatione Antichr. I, c. 57, Schluss): „Ubi (in synodo Papiensi) et ordine electionis et qualiter in ecclesia beati Petri ipse, nullus alius, immantatus et inthronizatus est, diligenter exposito, videlicet sub iurisiurandi probabilium sacerdotum et aliorum qui interfuere clericorum attestatione, semota omni laica violentia seu iudicio, in papam catholicum ecclesiae catholicae a quinquaginta episcopis et aliis religiosis patribus, qui eidem interfuere concilio, agnitus et confirmatus est. Ubi et ille, inquiunt, schismaticus Rulandus, qui duodecimo post papae Victoris electionem et immantationem die apud Cisternas intrusus est, ab ipso Victore papa et universo concilio, tribus duntaxat se subtrahentibus episcopis, excommunicatus est.“ An anderer Stelle, c. 60, sagt Gerhoh selbst: Sed neque Octavianus consultationi concilii interfuit, sed quando in eius electionem a concilio, tribus exceptis episcopis, consensum est, tunc primo in concilium introgressus est.

Otto Morena (kais. Pfalzrichter zu Lodi): Communicato consilio praedicti patriarchae et novem archiepiscoporum et XXXVIII episcoporum.

Ann. Col. Max.: Omnes episcopi, qui presenti concilio aderant, Ruolandum excommunicaverant et Octavianum pro apostolico susceperunt.

Boso, Vita Alex.: Ut eos, qui convenerant, ad ipsius Octaviani

obedientiam et subiectionem inducere posset, quosdam blauditiis et variis promissionibus seduxit, quosdam minis et terroribus invitos traxit.

Schreiben Alexanders an Arnulf v. Lisieux: Quosdam etiam episcopos, aliis discretioribus et honestioribus occulte de illo conciliabulo fugientibus, reverentiam exhibere (dem Gegenpapste) laicali violentia et tyrannica oppressione coegit.

Altera vero die Jovis, qui fuit 14. exeunte Aprili, in curia imperatoris Ubertus de Clemento consul Papie per se et verbo Ranerii de Sancto Nazario et Carboni Truvamal consulum Papie, per se omnes et pro aliis suis sociis consulibus Papie et toto communi Papie, iuravit tenere et habere firmam treuguam in personis et rebus omnium Alexandrinorum, id est illius loci, quem Paleam[a] vocant, hinc usque ad medium mensem Junii. Hoc idem iuravit marchio Gulielmus Montisferrati per se et per suos filios et omnes personas, quas mittere ant trahere sine fraude potest. Testes, qui aderant, fuerunt Otto comes palatinus de Guitilibach, marchio Enricus Guercius, Ubertus de Incisa, dominus Ecilinus de Arnaria, Marcius de Castello, Vivianus Advocati consules Veronae, Maleadobatus de Parma, Sylus iudex Papie, Adam Fantolinus notarius in campo exercitus imperatoris; erat enim sub castro Montisbelli in territorio Papie.

Item in eorundem presentia et archiepiscopi Coloniensis et Treverensis archiepiscopi, comitis Uberti de Savoia et Garzapanis, Capitislupi de Tervisio et cancellarii, comitis Schenelli, Girardini de Campo Sancti Petri et aliorum multorum in curia imperatoris idem dominus imperator fecit pacem osculo, interveniente domino Ecilino et Anselmo de Dovaria, vice et nomine omnium civitatum et locorum et personarum societatis Lombardie, Marchie, Venecie et Romanie et ita, ut suprascriptum est, treugam Alexandrie constituit. Negocium Alexandrie et de tota ea discordia, que inter Lombardos et ipsum imperatorem est, et de emendatione debet remanere in arbitrio illorum sex electorum, qui electi sunt vel electi erunt. Et si dissenserint in aliquo, arbitrio omnium consulum Cremone de eo, de quo dissenserint . . .

---

a) Strohstadt.

Factum in territorio Papie infrascriptis locis, anno a nativitate Domini millesimo centesimo septuagesimo quinto, imperante Frederico, anno imperii eius vigesimo, indictione octava.

Ego Fantolinus, notarius domini Guelfonis ducis et ab imperatore Frederico confirmatus postea, rogatus praedictis interfui et iussione consulum et rectorum Lombardie et Marchie et Romanie scripsi.

Ego Petrus, domini Frederici imperatoris notarius, autenticum huius exempli vidi, legi, et sic in eo continebatur, sicut in hoc legitur exemplo preter literas plus minusve, et hoc exemplum scripsi.

Enricus Guercius fecit securitatem per manum et osculum, quod imperator Fredericus tenebit firmam treuguam Alexandrinis usque ad medium Junium. Et illud idem fecit comes Savoie: et ita si non tenuerit imperator, quod venient et mittent se in carcerem ad Vercellas in potestate Lombardorum. Otto palatinus comes et cancellarius illud idem fecerunt de treugua tenenda ab imperatore osculo et pace, excepto quod non debent se mittere in carcerem Lombardorum.

b) Friedensvorschlag des lombardischen Bundes.

(Mon. Germ. legg. II, 151 f.)

In nomine domini nostri Jesu Christi. Societas Lombardiae et Marchiae et Romaniae et Veronae et Veneciae optat atque desiderat habere pacem et concordiam et gratiam domini F(riderici) imperatoris hoc modo,

1. videlicet ut dominus imperator habeat pacem et concordiam cum sacrosancta Romana ecclesia, omnium fidelium matre, et eiusdem ecclesiae suo pontifice, domno Alexandro.

Et nos civitates, scilicet Cremona, Mediolanum, Lauda, Pergamum, Ferraria, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Padua, Tarvisium, Venetia, Bononia, Ravenna, Ariminum, Mutina, Regium, Parma, Placentia, Bobium, Terdona, Alexandria, Vercelle, Novaria, Opizo marchio Malaspina, comes de Bertenore, Ruffinus de Trino et omnes castellani et persone, qui sunt in unitate ecclesie Dei et nostra,

2. volumus facere domino imperatori F(riderico), accepta ab eo pace, omnia, quae antecessores nostri a tempore mortis posterioris Henrici imperatoris antecessoribus suis sine violentia vel metu fecerunt.

3. Si de hoc orta fuerit questio, quod predicte civitates, marchio et comes et singule persone omnes huius societatis vel loca vel antecessores nostri eius antecessoribus a praedicto tempore fecerint sine violentia vel metu, hoc declaretur sub iuramento

per consules illius civitatis, cum qua questionem habuerit. Si cum marchione vel comite vel alia persona eiusdem societatis, nominata vel non nominata, vel loco contentionem habuerit, hoc declaretur per consules illius civitatis, de cuius comitatu vel episcopatu fuerit.

4. Et si de cetero ambe partes super his contente, et totum hoc, quod praefate civitates et loca et marchio et comes et cetere persone modo tenent, ut a suprascripto tempore tenuerunt, libere et quiete teneant. Et nominatim consulatum more solito habeant, sub quo homines cuiusque civitatis vel comitatus ad iusticiam faciendam se distringant. Et fodrum et coltam[a] prestent et omnia alia more[b] civitatum faciant.

5. Et restituat ipse dominus imperator omnes possessiones et omnia iura civitatibus et locis, archiepiscopis, episcopis et abbatibus et ceteris clericis nostrae partis et marchioni et comiti et Ruffino et omnibus aliis personis societatis, quae habuerunt, cassatis omnibus privilegiis et cartis et datis et investituris in aliquam civitatem vel locum seu personam de his collatis. Et hec ab ipso domino imperatore perpetuo serventur, et cassatis omnibus conventionibus et datis et cartulis, quae aliqua suprascriptarum civitatum vel personarum seu aliquis locus cum eodem imperatore vel eius nuntio fecit, nisi civitas ulla vel locus sive persona conventionem vel datum seu cartulam sponte servare voluerit.

6. Item dominus imperator remittat et remittere faciat omnes offensas, omnia maleficia, que aliqua predictarum civitatum vel aliquis locus vel marchio sive comes aut aliquis clericus vel laicus quocumque tempore, quacumque occasione ei vel imperio vel alicui sue partis fecerit.

7. Et liceat predictis civitatibus et locis et personis munitiones civitatum et castrorum et eadem castra habere et tenere et meliora facere et nova edificare et reficere, salvis conventionibus et concordiis Cremone et aliarum civitatum et personarum et locorum inter se factis,

8. et Alexandria in suo statu, restitutis possessionibus Oberto de Foro*) et suis convicinis omnibus, perpetuo permanente.

9. Denique civitates petunt super omnibus in perpetuum observandis, quod dominus imperator cum omnibus, qui in exercitu sunt, eisdem civitatibus et locis et personis universis societatis tam clericis quam laicis plenissimam securitatem faciat.

---

a) colta = collecta, tributum.

b) Giesebrecht übersetzt: „Fodrum und Steuern sollen nur in der herkömmlichen Weise erhoben werden.“ Vgl. indes Art. 5 der Urkunde d!

*) Vgl. Ficker, Forsch. III, 438 f. O. v. Foro war ein angesehener Alessandriner, dessen Besitzungen vom Kaiser eingezogen worden sein mussten.

Et ut liceat civitatibus, domini imperatoris permissu, et aliis omnibus[a] societatis, eamdem societatem firmam tenere et iuramenta, quaecumque voluerint, inter se facere et renovare et semper in unitate ecclesiae permanere, ut, si quando imperator vel eius successor aut alius contra hanc concordiam venire tentaverit, possint ecclesiam manutenere et se vicissim adiuvare et defendere.

10. Item volumus, ut sententiae usque modo a consulibus civitatum seu locorum sive a predictis personis vel rectoribus late nec appellatione suspense, vel si super causam appellationis late fuerint, firme[b] permaneant, et ut de criminibus iam commissis criminalis accusatio non fiat.

11. Captivi quoque hinc inde absolvantur et reddantur.

12. Hec sunt ea, quae intelligimus dominum imperatorem habere debere et antecessores suos habuisse: scilicet fodrum regale et consuetum et consuetam paratam,[c] cum vadit Romam, gratia accipiendae coronae. Et debet habere quietum et consuetum transitum et sufficiens mercatum. Et transeat pacifice, ita ut in episcopatu vel comitatu aliquo fraudulentam moram non faciat. Et fidelitatem a vassallis recipiat, omni offensione remissa; vassalli etiam expeditionem ei faciant, secundum quod soliti sunt et est antiqua consuetudo, cum pergit Romam, causa accipiendae coronae.

13. Regalia vero, que per eum vel antecessores eius tam a clericis quam laicis fuerunt detenta vel per ipsum seu antecessores eius investita, quiete dimittat nec de cetero impediat.

14. Consuetudines etiam et comoditates, quas civitates et omnes[d] de societate habere consueverunt in pascuis, piscationibus, molendinis, furnis,[e] tabulis cambiatorum et negociatorum, macellis,[f] domibus, quas habent edificatas in viis publicis vel supra vel iuxta vias publicas, et ceteras[g] consuetudines antiquas eisdem civitatibus et omnibus[a] de societate quiete habere et tenere permittat.

15. Si autem de supradictis aliqua contentio inter imperatorem et civitates vel loca sive personas societatis orta fuerit, per consules civitatis, cum qua contentionem habuerit vel locis seu personis sui comitatus,[h] secundum mores et consuetudines civitatis et loci decidatur, iureiurando praestito ab ipsis consulibus, quod mores et consuetudines tam imperatori quam civitati vel loco seu persone servabunt.

---

a) hominibus? b) Pertz und Vignati: firma. c) Steuer für die Verpflegung des kaiserlichen Heeres. d) homines? e) Backöfen. f) Schlachtbänke. g) Pertz und Vignati: eternas. h) Pertz und Vignati: cum qua contentio h., v. loca s. personas s. c.

c) Eidesleistung der kaiserlichen und lombardischen Bevollmächtigten.

(Mon. Germ. legg. II, 152 f.)

In nomine domini nostri Jesu Christi. Archiepiscopus Coloniensis et Gualfredus de Plozasca et Rainerius de Sancto Nazario *) ex parte imperatoris F(riderici), et ex parte societatis Albertus de Gambara Brixiensis et Gerardus Pistus Mediolanensis iuraverunt ad sancta Dei evangelia, quod secundum brevia imperatoris et societatis, firmando, addendo, abstrahendo, secundum quod melius eis visum fuerit, bona fide et sine fraude ad honorem Dei concordabunt se, per quod melius pax fieri possit et teneri inter ipsum et Lombardos et Marchiones atque Veneciam et illos de Romagnola, qui sunt de societate, dehinc usque ad medium Madium vel ad alium terminum consensu utriusque partis datum. Illud idem iurare debet unus de Verona.**)

d) Schiedsspruch der Konsuln von Kremona.***)

(Mon. Germ. legg. II, 169 ff.)

In nomine domini nostri Jesu Christi. Amen. **Nos sumus in concordia, quod civitates et persone, que sunt in societate Lombardie et esse intelligimus, sine fraude talem pacem et concordiam habeant cum domino imperatore Frederico, recuperata eius gratia:**

1. [2] scilicet ut imperator habeat omnia illa, que sui antecessores habuerunt a predictis civitatibus et personis vel suis antecessoribus sine manifesto metu et violentia a tempore postremi Henrici imperatoris,

2. [12] videlicet fodrum regale et consuetum sive consuetam paratam * et consuetum transitum et sufficiens mercatum. Et debet transire pacifice, ita quod in episcopatu vel comitatu aliquo fraudulentam moram non faciet. Vassalli quoque fidelitatem imperatori **et filio eius Henrico regi** faciant et expeditionem et faciant, secundum quod soliti sunt et est antiqua consuetudo, * remissa omni offensione. **A civibus quoque secundum mores civitatum fidelitatem suscipiat ipse et filius eius, remissa omni offensione; et similiter remissa omni offensione civitatibus et locis et personis, que sunt vel fuerunt ex parte imperatoris.**

3. [13] Regalia vero, que per eum vel antecessores eius tam clericis quam laicis fuerunt detenta et per ipsum seu antecessores eius investita, quiete dimittat nec de cetero impediat. **Cetera vero regalia consueta,**

---

*) Der erstere ein Turiner Capitan, der letztere ein Bürger v. Pavia.

**) Cozo v. Verona. S. die oben citierte Stelle aus Boso, Vit. Alex.!

***) Was wörtlich aus dem Friedensvorschlag der Lombarden herübergenommen worden ist, ist durch leichteren Druck gekennzeichnet, das mit sprachlicher Veränderung Herübergenommene ist in gesperrten Lettern gegeben. Ein Sternchen innerhalb des leichteren Drucks zeigt an, dass an der betreffenden Stelle von seiten der Kremonesen gestrichen worden ist. Die Ziffern in [ ] bezeichnen die einschlägigen Artikel im Friedensvorschlage der Lombarden.

que fuerunt detenta ab antecessoribus eius sine manifesto metu et violentia a tempore postremi regis Henrici, habeat et teneat.

4. [15, 3] Sin autem de predictis **rebus vel aliis quibuscumque** orta fuerit contentio inter imperatorem et civitates et loca et personas, **eligantur sex boni viri et idonei, tres ex parte imperatoris et tres ex parte** civitatum vel civitatis vel locorum vel persone, cum quo vel cum qua civitate imperator contentionem habuerit. **Qui sex**, iureiurando prestito, **causam illam examinent et in veritatem, prout melius poterint, inquirant et illam causam bona fide et sine fraude diffiniant**, et, **quod dixerint, ab utraque parte teneatur et firmetur.**

5. [4] * Et nominatim liceat predictis civitatibus et personis singulis habere consulatum **vel potestatem** more solito, sub quo homines eius civitatis **et eius episcopatus et districti** se **conveniant et** distringant ad iustitiam faciendam **et punienda delicta, secundum quod a civitatibus statutum est vel fuerit: ita quod predicte civitates et persone ab imperatore, qui pro tempore est vel erit, vel ab eius misso in Lombardia pro ipso consulatu vel potestate semel investituram accipiant pro communi civitatis.** Et liceat predictis civitatibus et personis vel rectoribus earum colligere fodrum et facere coltam et omnia alia, sicut consueverunt, **sine prohibitione imperatoris vel eius missi, salvo domino imperatori iure**[a] **appellationum et ordine in sententiis.**

6. [14] Consuetudines quoque et commoditates, quas civitates et homines de societate habere consueverunt in pascuis, piscationibus, molendinis, furnis, tabulis cambiatorum et negociatorum, macellis, domibus, quas habent edificatas in viis publicis *, et ceteras consuetudines antiquas eisdem civitatibus et omnibus[b] de societate quiete habere et tenere permittat.

7. **Praeterea dominus imperator nullam exactionem pecuniariam habeat in civitatibus societatis vel suburbiis civitatum vel in civibus.**

8. [6] Item dominus imperator remittat et remitti faciat omnes offensas et maleficia, quo aliqua predictarum civitatum vel aliquis locus vel marchio vel comes vel aliqua persona huius societatis quocumque tempore, quacumque occasione ei vel imperio vel alicui sue partis fecerit.

9. [7] Et liceat predictis civitatibus, locis et personis munitiones civitatum et castrorum et eadem castella habere et tenere et meliora facere et nova edificare et reficere, salvis conventionibus et concordiis Cremone et aliarum civitatum et personarum et locorum inter se factis **et nominatim salvis conventionibus et pactis de Crema non restauranda et de municionibus et castris inter Oleum et Aduam non faciendis, sicuti continetur sine fraude in privilegiis et cartis Cremonensium et a civitatibus et ab imperatore sibi factis.**

10. [10] Item sententiae usque modo a consulibus civitatum seu locorum sive a praedictis personis vel rectoribus latae nec appellatione **vel aliqua legitima contradictione** suspensae, vel si super causam appellationis **vel contradictionis** latae fuerint, firmae permaneant, et ut de criminibus iam commissis criminalis accusatio non fiat.

11. [5] Item dominus imperator restituat omnes possessiones et omnia iura civitatibus et locis * et omnibus personis, que sunt de societate, que habuerunt **et tenuerunt, si per imperatorem vel eius nuntium vel per interpositam personam occasione sui banni vel sue malivolentie vel aliter malo ordine amiserunt. Similiter civitates et loca et persone societatis restituant omnes possessiones et iura imperatori vel alicui**

---

a) Pertz und Vignati: ius. b) hominibus?

civitati vel hominibus sue partis ablatas predicto modo, cassatis omnibus privilegiis et datis et cartis et investituris in aliquam civitatem vel locum seu personam de his collatis, **salvis datis et privilegiis et cartis communi Cremone de Crema factis** * et cassatis omnibus conventionibus et datis et cartis, que aliqua suprascriptarum civitatum vel personarum seu aliquis locus cum eodem imperatore vel eius nuntio fecit, nisi civitas illa vel locus seu persona conventionem vel datum sive cartulam sponte servare voluerit.

12. [9] Denique predicte civitates et loca et persone debent habere plenam **et idoneam** securitatem **et sufficientem** super his omnibus observandis tam ab ipso imperatore quam ab omnibus principibus, qui secum sunt in exercitu. Et debet licere civitatibus et aliis hominibus societatis sine prohibitione domini imperatoris eandem societatem firmam tenere et iuramenta, **quandocumque** voluerint, facere inter se et renovare *. Et si quando imperator vel eius successor contra hanc concordiam venerit, liceat civitatibus et personis huius societatis * se vicissim, **non obstante sacramento aliquo,** adiuvare et defendere. **Et e contrario si civitas aliqua vel locus vel persona societatis voluerit infringere hanc concordiam domino imperatori, possint alie civitates vel loca vel persone adiuvare imperatorem et debeant, non impediente sacramento societatis.**

13. [11] Captivi quoque ab utraque parte absolvantur et reddantur.

14. [1] **Semper in unitate ecclesie permanere liceat, nec cogat dominus imperator predictas civitates vel loca vel personas societatis, clericos** a) **vel laicos, aliqua ratione de his, que spectant ad obedientiam vel observationem ecclesie vel apostolici, nec ea occasione debeat eis offendere in rebus vel in personis.**

15. [8] **Item dominus imperator permittat habitatores Alexandrie redire ad sua loca propria cum personis et rebus cum plenissima securitate, et habitent et morentur, sicuti sui antecessores fecerunt.**

e) Schreiben Friedrichs I. an die Bundesstädte, Juni 1175.

(Stumpf, Acta imperii adhuc inedita nr. 366.)*)

F(ridericus) dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, universis civitatum consulibus et toti populo notum esse volumus, quod consules Cremonae cum magna multitudine populi et militum ante nostre maiestatis praesentiam honorifice praesentaverunt, summa precum instantia nobis petentes, quatenus de pace et concordia finienda et firmanda inter nos et civitates Lombardie et Marchie et Romanie eos audiremus. Quia igitur nostri iuris est et officii, pacem amplecti et diligere et iustis petitionibus fidelium nostrorum acquiescere, et dignum duximus postulationibus eorum consueta benignitate respondere. Reducentes itaque ad memoriam pacem et concordiam inter nos et Lombardos apud Montebellum ordinatam et iureiurando a multis firmatam, ex consilio principum nostrorum eam tenere volumus, et si qua concordia fuerit de pace

a) Pertz und Vignati: cleros.

*) Die Urkunde gibt Stumpf nach dem Original im Archivio S. Antonii zu Piacenza.

composita et ordinata inter nuncios nostros et Lombardos vel apud Laudam vel apud Morimundum vel apud Grafignanum seu Satizanum vel Novariam vel in aliis locis, eam ratam et firmam habere volumus. Praeterea predicti Cremonenses cartulam, quam nobis obtulerunt, in qua modo et forma pacis continetur, que licet in quibusdam capitulis gravius nobis pernimium videatur, tamen consilio principum nostrorum et fidelium Lombardorum nobis assistentium et meritis et precibus totius populi Cremonensis firmamus et eos, quae in ipsa scripta sunt, rata tenere volumus.

Hefele hat a. a. O. gegen die Einreihung der Urkunden b u. c unter die venetianischen Friedensinstrumente folgende Gründe geltend gemacht: 1) Der Friede von Venedig stellt keine so detaillierten Bestimmungen auf; 2) derselbe schloss mit den Lombarden nicht eine pax, sondern ein treuga. Für die Zugehörigkeit jener Urkunden zum Frieden v. Montebello spricht nach Hefele einmal der enge Zusammenhang mit dem Vorvertrag und dann der Umstand, dass die Vita Alex. (s. oben!) als Bevollmächtigte für den Frieden v. Montebello dieselben Personen nennt, wie unsere Urkunde. Dafür, dass die Urkunde b vor 1177 abgefasst sein muss, führt Ficker a. a. O. als weitere Gründe an: 1) Die Bezeichnung des Bundes als Societas Lombardiae et Marchiae et Romaniae et Veronae et Veneciae, während derselbe in den 1177 zu Venedig entstandenen Aktenstücken, wenn er nicht schlechtweg Societas Lombardorum heisst, Societas Lombardiae, Marchiae et Romagnolae genannt wird; 2) die Aufzählung der Städte Cremona, Ravenna, Rimini und Tortona unter den Bundesstädten, während dieselben zur Zeit des Friedens von Venedig offen auf Seiten des Kaisers standen, andererseits die Weglassung Cremonas, welches 1177 zum Bunde gehört, bis zur Schlacht bei Legnano aber kaiserlich gewesen war. Dass die Urkunde die Forderungen der Lombarden enthält, folgert Ficker aus den Sätzen: „Societas optat atque desiderat habere pacem . . . hoc modo videlicet, ut" u. „Denique civitates petunt" und den in der Eidesformel enthaltenen Worten: „secundum brevia imperatoris et societatis".

Von der Urkunde d, welche früher unter die dem Frieden v. Venedig vorausgehenden Pacta Placentina eingereiht worden war, urteilt Ficker also: 1. Während das ohne Zweifel nach Placentia gehörige sogenannte Responsum (nr. LI, a) mit dem endgiltigen Friedensinstrumente von Konstanz in der Reihenfolge der Artikel wesentlich übereinstimmt, oft auch im Wortlaute, zeigt jenes Aktenstück weder mit dem Responsum noch mit der Friedensurkunde einen näheren Zusammenhang. 2. Auf eine frühere Entstehung weist direkt hin: a) Die auf das Verhältnis der Lombarden zur Kirche bezügliche Stelle (Artikel 14); b) Artikel 12, in welchem für die Einhaltung des Friedens Sicherheit gefordert „tam ab ipso imperatore quam ab omnibus principibus, qui secum sunt in exercitu". 3. Für die Identität der Urkunde d mit dem Schiedsspruch der Kremonesen sprechen folgende Gründe: a) Der enge Zusammenhang der Urkunde mit dem Friedensvorschlage der Lombarden (ich habe diesen Zusammenhang durch den Druck veranschaulicht). Nur Artikel 7 behandelt einen Gegenstand, der in dem Friedensvorschlage nicht berührt wird. b) Wo die Bestimmungen unserer Urkunde von dem Friedensvorschlage abweichen, sind sie durchweg günstiger für den Kaiser gestimmt. c) Die Eingangsformel stellt die folgenden Artikel nicht als Vorschläge, sondern als Ergebnis einer Einigung dar, aber nicht der streitenden Parteien selber, sondern dritter Personen. d) Auf die Sonder-

interessen Kremonas ist mehrfach Rücksicht genommen. e) Romuald M. G. SS. XIX, 446 legt Zeugnis dafür ab, dass es 1175 in der That zum Schiedsspruch gekommen ist u. dass derselbe von Kremona gefällt worden ist. Über den Charakter der 1175 zu Montebello und anderwärts geführten Verhandlungen fasst Ficker sein Urteil dahin ab: „Zu Montebello wurde kein blosser Waffenstillstand, sondern ein endgiltiger Friede geschlossen und beschworen, auf die Bedingung, sich vorbehaltlos dem Ausspruche eines Schiedsgerichtes zu fügen. Nachdem die zunächst zwischen beiden Parteien geführten Verhandlungen zu keiner Einigung führten, insbesondere wegen der von den Lombarden erhobenen Forderung gleichzeitigen Friedensschlusses mit der Kirche und der Erhaltung Alessandrias, erfolgte der Schiedsspruch durch Kremona. Da dieser jenen Forderungen der Lombarden nicht genügte, haben dieselben, nach Abzug des deutschen Heeres sich sicherer fühlend, durch Verwerfung des Schiedsspruches den Vertrag gebrochen, so dass der Kriegszustand wieder eintrat".

XLVI. Der Präliminarfriede von Anagni, November 1176.*)

[Boso, Vita Alex.. Watterich a. a. O. II, 432 f.: Misit ergo imperator Fredericus ad praesentiam domni Alexandri papae W(ichmannum) Magdeburgensem archiepiscopum, Christianum Maguntinum et C(onradum) protonotarium regni, maiores imperii principes, cum potestate plenaria complendae pacis inter ecclesiam et imperium. Qui venientes usque Tyburtum, nuntiarunt pontifici, sedenti apud Anagniam, sui adventus causam et, impetrato securo ducatu, recepti sunt a duobus cardinalibus et capitaneis Campaniae atque

*) Nach dem Abfalle Heinrichs des Löwen und der Schlacht bei Legnano schickte Friedrich auf den Rat der geistlichen Fürsten die Erzbischöfe Christian v. Mainz und Wichmann v. Magdeburg, den Erwählten Konrad von Worms und den Protonotar Ardoyn im Oktober 1176 an den päpstlichen Hof nach Anagni, um den Frieden zwischen Imperium und Sacerdotium und zwar, wenn möglich, diesen allein zu vereinbaren. Einen Separatfrieden erlangten die Gesandten zwar nicht, wohl aber, dass man sich in geheimen Verhandlungen über den Frieden zwischen Kirche und Reich im voraus einigte; über den definitiven Gesamtfrieden zwischen dem Papste und seinen Verbündeten einerseits, dem Kaiser andererseits sollte ein Friedenskongress beraten, dem Alexander III. selbst anzuwohnen versprach. Den Inhalt des Vorvertrags lernt man kennen aus dem erst jüngst aufgefundenen Pactum Anagninum und der Promissio legatorum, in den Gang der Verhandlungen gewährt Einblick die Vita Alexandri von Boso. Zur Ergänzung der letzteren dienen: zwei Schreiben Friedrichs an den Cisterzienserabt Hugo v. Bonnesvaux, von denen nach Peters das erste Ende Juni, das zweite Ende August geschrieben ist (Bouquet, Recueil XVI, 698, nr. 23 und 24), die Briefe Alexanders an die Kardinallegaten Hildebrand und Ardicio, an die Rektoren der Marchia und an den Kardinallegaten Petrus (Reg. Pont. nrr. 12737, 12743, 12745), ferner die Romualdi Annales (M. G. SS. XIX, 442), die Relatio de pace Veneta (ibidem XIX, 462), die Annales Ceccanenses (ibidem XIX, 286), die Annales Mediolanenses (ibidem XVIII, 378), die Annales Pegavienses (ibidem XVI, 261) und die Continuatio Aquicinct. (ibidem VI). — Über den Präliminarfrieden von Anagni u. den sich anschliessenden definitiven Frieden von Venedig haben gehandelt: Giesebrecht in der Allg. Monatschr. f. Litt. 1852, April S. 2—270; Reuter a. a. O. III, 239—251, 281—330, 728—764; Fechner, Erzbischof Wichmann

honorifice deducti in civitatem Anagninam. In crastinum vero cum pontifex in consistorio, adstante clericorum et nobilium multitudine, resideret, accesserunt ad maiorem ecclesiam cum decora societate sua et exinde intrarunt in conspectum pontificis. Stantes autem in medio coram ipso et cum multa reverentia loquentes, dixerunt: „Dominus noster imperator desiderio magno desiderans Romanae ecclesiae ac vobis pacem veram dare, misit nos cum plenitudine potestatis ad praesentiam vestram, instanter postulans, ut verbum illud concordiae ac pacis, quod in praeterito anno fratres vestri secum praesentialiter tractaverunt et usque modo peccatis exigentibus imperfectum remansit, nunc per nos et assensum vestrum, quantum in eo fuerit, auctore Domino compleatur. Notum est enim et indubitatum, quod ab initio nascentis ecclesiae omnipotens Deus in orbe duo esse voluit, quibus principaliter mundus hic regeretur, sacerdotalis dignitas et regalis potestas, quae nisi ad invicem concordia fulcirentur, pax ubique nullatenus servaretur et mundus controversiis et bellorum strepitu abundaret. Cesset igitur iam nunc ista odiosa turbatio et per vos duos principes orbis pax desiderata ecclesiis universis et populo christiano reddatur". His igitur publice allegatis, benignus pontifex hilari et placido vultu respondens ait: „De adventu vestro cum iucundis rumoribus valde gaudemus et exinde omnipotenti Deo gratias agimus. Non est in praesenti saeculo res, quae in auribus nostris ita dulcescat, quam si domnus vester imperator, quem inter alios principes mundi cognoscimus esse maiorem, pacem nobis veram dare, sicut asseritis, velit. Sed si vult integram pacem suam nobis tribuere et ecclesiae Romanae, oportet, ut eam universis auxiliatoribus nostris, maxime regi Siciliae ac Lombardis et imperatori Constantinopolitano, qui nobis contra eum in ecclesiae necessitatibus firmiter adstiterunt, pariter tribuat". Legati vero, approbantes et collaudantes verbum pontificis, dixerunt: *) „In mandatis accepimus a domno

von Magdeburg, Forsch. z. d. G. V, 456—458 u. 460—473; Varrentrapp, Erzbischof Christian I. von Mainz S. 69—71 und 78—92 (auch in Sybels hist. Zeitschr. 47, 408 f.); Waitz, Gött. Gel. Nachr. 1867, nr. 9, S. 389 ff.; Prutz a. a. O. II, 287—297 u. 310—335; Peters, Untersuchungen zur Geschichte des Friedens von Venedig (Berliner Preisarbeit 1879); Will, Konrad v. Wittelsbach, S. 35—44; Simonsfeld, Zum Frieden v. Venedig, Forsch. XX, 424—433; Nitzsch a. a. O. II, 298—301; Löwenfeld, Die unmittelbaren Folgen des Friedens von Venedig, Forsch. XXV, 449—461; Hefele-Knöpfler a. a. O. V, 696—698, 699—708; Eichner, Beiträge z. Gesch. d. Venetianer Friedenskongresses vom Jahre 1177 (Berliner Diss. 1886); Kehr, der Vertrag von Anagni, N. Archiv XIII, 77—118; Giesebrecht a. a. O. V, 793—806 und 824—862.

*) Peters a. a. O. S. 18 f. hebt gegenüber Reuter und Prutz hervor, mit diesen Worten habe der päpstliche Biograph keineswegs sagen wollen, die kaiserlichen Gesandten hätten gleich von vornherein vollständig und freudigst die Idee eines Separatfriedens fallen lassen; seine Worte bedeuten nur, in dem, was die Gesandten in der folgenden Rede erwidert, hätten sie das Wort des Papstes anerkannt. Er beruft sich dabei auf je eine Stelle in den Briefen Alexanders an die Kardinäle Hildebrand und Ardicio und an die Rektoren der Marchia. Dort schreibt der Papst: „Qui (legati!) cum vehementer apud nos institissent, ut ad pacem inter ecclesiam et imperatorem complendam intenderemus, nec possent obtinere, quod sine Lombardis aut sine regis Siciliae vel Constantinopolitani imperatoris [assensu] pacem ad plenum ac solidum statueremus". Hier: „Nunquam nos potuerunt inducere, ut pacem ecclesiae sine vestra et regis Siciliae et aliorum adiutorum ecclesiae vellemus recipere".

imperatore, ut secrete vobiscum et cum fratribus vestris loquamur, quatenus ea, quae inter nos et vos tractanda fuerint et statuenda, inimicus homo non sentiat et in secreto serventur, quousque pacis bonum praestante domino compleatur. Scimus enim, quod in parte nostra et vestra nonnulli sunt, qui pacem odiunt et hanc discordiam libenter fovent". *) His itaque auditis, universus conventus discessit et pontifex cum fratribus suis et eisdem legatis secretarium consilii solus intravit. Coeperunt autem de verbo pacis ad invicem diligenter tractare. Sed quoniam res ardua et multum difficilis agebatur, — multi enim nobiles ac potentes in schismate graviter lapsi fuerant, **) et de quibusdam capitulis inter ecclesiam et imperium controversia vertebatur, — ultra quindecim dies tractatus ipse duravit. ***) In quo spatio sanctorum patrum auctoritates, privilegia imperatorum et antiquae consuetudines atque aliae rationes ostensae sunt, et super eis diutius est laboratum atque subtiliter disputatum. Tandem cooperante sancti Spiritus gratia ita factum est, quod de omnibus capitulis inter ecclesiam et imperium cum saepedictis legatis pontifex et fratres eius unanimiter concordarunt, remanente causa Lombardorum in eo statu, quo erat, usque ad commune colloquium, †) quoniam in eorum absentia nec debuit nec potuit terminari. Et quoniam sine imperatoris et Lombardorum corporali praesentia pax ipsa, sicut praedictum est, fieri non debebat, constitutum est, ut pontifex cum fratribus suis pro tanto desideratae pacis bono laboraret in proprio corpore et ad partes Lombardiae absque longa dilatione festinaret. Interim autem data est firma securitas ex parte imperatoris omnibus ecclesiae Romanae personis et rebus eorum ac terris beati Petri et Siciliae regis cunctisque viatoribus usque ad consummationem ipsius pacis. His itaque dispositis et concorditer ordinatis, ad imperatorem legati alacres redierunt.]

a) Pactum Anagninum.

(Kehr, Vertrag v. Anagni; N. Archiv XIII, 109—113.)††)

1. Dominus imperator et domina imperatrix et dominus Heinricus rex filius eorum et principes universi exibent ecclesie Romane, quod primum et principale est, videlicet quod dominum papam Alexandrum in catholicum et universalem papam recipient et ei debitam reverentiam exibebunt, sicut katholici sui antecessores suis catholicis antecessoribus exibuerunt.

---

*) Peters a. a. O. S. 19 f. vermutet, dass die hier wie später in den Reden der Gesandten zu Venedig figurierenden Friedenshasser in Wirklichkeit nur als Drohgespenster existiert haben.

**) Die Anerkennung der schismatischen Bischöfe stand also im Vordergrunde der Verhandlungen.

***) Annales Ceccanenses: In d. 8. 12. Kal. Novembris (21. Oktober) venit cancellarius imperatoris ad Anagniam ad papam Alexandrum. Am Tage nach der Ankunft begannen die Verhandlungen (s. oben!), sie fallen also in die Zeit vom 22. Oktober bis 5. November.

†) Das Komma nach erat habe ich nach dem Vorschlage Peters' eingesetzt.

††) Kehr gibt die Urkunde nach der im Winter 1885/86 aufgefundenen gleichzeitigen Kopie im vatikanischen Archiv zu Rom, Arm. II. caps. I. nr. 8. Die durch Risse oder Löcher im Pergament notwendig gemachten Ergänzungen sind in Klammern gesetzt. Einige offenbare Schreibfehler in der Kopie habe ich verbessert. Kehr hebt hervor, dass das Pactum Anagni-

2. Et reddet dominus imperator veram pacem tam domino pape Alexandro quam omnibus successoribus suis et toti ecclesie Romane.

3. Et universa regalia et alias possessiones sancti Petri quas ipse abstulit vel sui vel alii favore ipsius, quas scilicet Romana ecclesia habuit a tempore Innocentii, domino pape Alexandro et ecclesie Romane restituet et ad retinendum iuvabit.*)

4. Possessionem quoque prefecture urbis dominus imperator libere et plenarie restituet domino pape Alexandro et Romane ecclesie. Si autem post optentam plenam restitutionem eius dominus imperator aliquid iuris in ea voluerit requirere a domino papa et ab ecclesia Romana, cum hoc postulaverit, paratus erit dominus papa et ecclesia Romana iustitiam ei exibere.**)

5. Similiter et universos vassallos ecclesie quos occasione scismatis imperator abstulit vel recepit, absolvet et domino pape A(lexandro) et ecclesie Romane restituet.

6. Possessionem etiam terre comitisse Matildis, sicut ecclesia Romana tempore Lotherii imperatoris et domini regis Conradi et eciam tempore huius domini F(riderici) imperatoris habuit, domino pape A(lexandro) et ecclesie Romane restituet, sicut etiam dictum est inter mediatores pacis.***)

---

num, wie das Pactum Venetum, abweichend von der sonst üblichen Form der Verträge, weder eine einleitende noch eine beglaubigende Formel aufweist; ihren offiziellen Charakter verraten die Unterschriften. Die Unterzeichner aber sind nicht die vertragschliessenden Mächte selbst, sondern deren Bevollmächtigte. Aus der Analogie des Pactum Venetum ist mit Sicherheit zu schliessen, dass auch von dem Pactum Anagninum zwei Ausfertigungen hergestellt wurden, eine mit den Unterschriften der kaiserlichen Bevollmächtigten für den Papst und eine zweite mit den Unterschriften der päpstlichen Bevollmächtigten für den Kaiser; nur erstere ist abschriftlich erhalten.

*) Vgl. namentlich die Stipulationen, welche sich auf die Restitution der Besitzungen der römischen Kirche beziehen, in Artikel 3—6 unseres Vertragsinstrumentes mit den diesbezüglichen Bestimmungen in Artikel 3—5 des Pactum Venetum; es ist daraus zu ersehen, wie sehr sich in der Zeit zwischen dem Vertrag v. Anagni und dem Friedenskongress zu Venedig die politischen Verhältnisse zu Gunsten des Kaisertums verschoben hatten. Interessant ist auch ein Vergleich jener Artikel mit den Forderungen Hadrians IV. 1159 (nr. XXXVIII meiner Sammlung).

**) Ficker, Forschungen z. Reichs- u. Rechtsgeschichte Italiens II, 307 hebt hervor, dass der Verzicht des Kaisers auf die Präfektur zugleich den Verzicht auf die höchste weltliche Gewalt im Patrimonium bedeute.

***) Diese Stelle widerlegt nach Kehr die Annahme derjenigen Historiker, welche behaupteten, dass die Ansprüche der Kurie schon vor Innocenz III. nicht allein das Allod, sondern auch die Reichslehen der Markgräfin Mathilde umfasst hätten. Zugleich bestätigt sie die Vermutung Fickers (a. a. O. II, 293 ff.), dass, wie Lothar III., auch Konrad III. u. Friedrich I. im Anfange seiner Regierung das Recht der römischen Kirche auf das mathildische Allod anerkannt haben.

7. Preterea dominus papa et dominus imperator ad honorem et iura ecclesie et imperii conservanda vicissim se iuvabunt, dominus papa ut benignus pater devotum et carissimum filium et imperatorem christianissimum, dominus vero imperator ut devotus filius et christianissimus imperator dilectum et reverendum patrem et beati Petri vicarium.

8. Quecunque autem tempore scismatis vel occasione ipsius aut sine ordine iudiciario ecclesiis a domino imperatore vel suis sunt ablata, eis restituentur.

9. Pacem etiam veram dominus imperator faciet cum Lombardis secundum quod tractabitur per mediatores quos dominus papa et dominus imperator et Lombardi ad perficiendum interposuerint. Et [si,] postquam de pace inter dominum papam ecclesiam et imperatorem dispositum fuerit sufficienter, aliquid in tractatu pacis domini imperatoris et Lombardorum emerserit quod per mediatores componi non possit, arbitrio maioris partis mediatorum qui ex parte domini pape et domini imperatoris ad id constituti sunt, stabitur. Ipsorum autem mediatorum par numerus erit.

10. Pacem veram reddet dominus imperator regi Cicilie et imperatori Constantinopolitano et universis adiutoribus ecclesie Romane et nullum malum meritum reddet per se vel suos pro servitio collato ecclesie Romane.

11. De querelis autem et controversiis que ante tempora domini pape Adriani inter ecclesiam et imperatorem vel inter dominum imperatorem et regem Sicilie vertebantur, mediatores domini pape et domini imperatoris constituentur quibus committentur, et eos iudicio vel concordia terminabunt. Interim autem, donec tractatus pacis durabit, hinc inde guerre et offense cessabunt. Si vero predicti mediatores non convenerint, arbitrio domini pape et domini imperatoris vel eius vel eorum quos ad id elegerint, finientur. Interim autem similiter hinc inde offense cessabunt.

12. Cristiano autem dicto cancellario Moguntinus archiepiscopatus, Philippo autem Coloniensis concedetur archiepiscopatus et confirmabuntur cum omni plenitudine archiepiscopalis dignitatis et officii. Et primus archiepiscopatus qui in regno Teutonico vacabit, domino Conrado *) auctoritate domini pape et auxilio domini imperatoris assignabitur qui tamen congruus ei videatur. Interim autem per dominum papam et dominum imperatorem ei honorifice providebitur.

13. Ei autem qui dicitur Calixtus una abbatia dabitur. Illi

*) Konrad v. Wittelsbach war im J. 1165 als Anhänger Alexanders III. seines Erzbistums entsetzt und dieses dem Kanzler Christian übertragen worden. Noch in Venedig wurde er zum Erzbischof v. Salzburg erhoben und nach dem Tode Christians (1183) erhielt er das Erzbistum Mainz zurück.

autem qui dicebantur eius cardinales redibunt ad loca que ante scisma habuerunt, nisi ea sponte vel iudicio dimiserant, et in ordinibus quos ante scisma perceperunt, relinquentur.

14. Gero autem nunc dictus Halberstadensis precise deponetur et Vlricus verus Halberstadensis restituetur. Alienationes a Gerone facte et beneficia data similiter et ab omnibus intrusis auctoritate domini pape et domini imperatoris cassabuntur et suis ecclesiis restituentur.

15. De electione Brandeburgensis episcopi qui ad Bremensem archiepiscopatum electus erat, cognoscetur et, si canonicum fuerit, ad eandem ecclesiam transferetur. Et quecunque a Baldewino qui nunc preest Bremensi ecclesie, alienata vel inbeneficiata sunt, sicut canonicum et iustum fuerit, eidem ecclesie restituentur.*)

16. Item que Salseburgensi ecclesie tempore scismatis subtracta sunt, ei plene restituentur.**)

17. Universi clerici qui sunt de Italia vel aliis regionibus, qui sunt extra Teutonicum regnum, dispositioni et iudicio domini pape A(lexandri) successorumque eius et Romane ecclesie relinquentur. Si vero domino imperatori rogare placuerit pro ordinibus aliquorum quos canonice perceperunt, usque X vel XII, si instare voluerit, exaudietur.

18. G(arsidonius) etiam Mantuanus ad episcopatum quondam suum restituetur, ita tamen quod ille qui nunc est Mantuanus, auctoritate domini pape et auxilio domini imperatoris ad Triden-

*) Nach Nitzsch richtete sich, entsprechend der damaligen Stimmung der deutschen Kirche, die Spitze der Artikel 14 u. 15 gegen Heinrich den Löwen, für welchen jene schismatischen Bischöfe eben nur die Werkzeuge gewesen seien, vermittels deren er über ihre Diözesen und die Mittel ihrer Kirchen disponiert habe. In Halberstadt war nämlich bald nach der Paveser Synode Udalrich mit Hilfe eines Legaten Viktors von Heinrich d. L. vertrieben und Gero eingesetzt worden. In Bremen aber war es nach dem Tode des Erzbischofs 1168 zu einer Doppelwahl gekommen; eine Partei wählte den Domherrn Siegfried v. Magdeburg, den dritten Sohn Albrechts des Bären, der später das Bistum Brandenburg erhielt, eine andere den Bremer Domdekan Otbert. Im Jahre 1169 wurden indes auf Betreiben Heinrichs d. L. beide Wahlen vom Kaiser kassiert und der Dompropst Balduin v. Halberstadt als Erzbischof eingesetzt. — Auf dem Laterankonzil des Jahres 1179 wurde die Wahl Siegfrieds für ungiltig erklärt und auch Balduin abgesetzt. Jetzt wurde der Kölner Kanoniker Berthold zum Erzbischof gewählt. Aber auch diese Wahl wurde vom Papste verworfen und nun erst (1180) Siegfried vom Brandenburger Bistum nach dem Erzbistum Bremen transferiert.

**) Im Erzbistum Salzburg standen sich zwei Gegenbischöfe gegenüber, der alexandrinisch gesinnte Adalbert und der kaiserlich gesinnte Heinrich. Beide mussten in Venedig zu Gunsten Konrads v. Wittelsbach resignieren. Heinrich erhielt im Jahre 1178 das Bistum Brixen, Adalbert ward 1183 Nachfolger Konrads, als dieser neuerdings den erzbischöflichen Stuhl v. Mainz bestieg. Vgl. Schmidt, Die Stellung der Erzbischöfe und des Erzstifts von Salzburg zu Kirche u. Reich unter Friedrich I. a. a. O. S. 121—129.

tinum episcopatum transferatur, nisi forte inter dominum papam et dominum imperatorem convenerit, ut in alio ei episcopatu provideatur.

19. Archipresbiter autem de Sacco in archipresbiteratu quondam suo et aliis beneficiis que ante scisma habuit, cum omni plenitudine restituetur.*)

20. Universi etiam ordinati a quondam catholicis vel ab ordinatis eorum in Teutonico regno restituentur in ordinibus taliter perceptis.

21. De Argentinensi autem et Basiliensi dictis episcopis qui ordinati fuerunt a Guidone Cremensi, in eodem regno a predictis mediatoribus committetur vel X vel VIII episcopis quos ipsi elegerint, qui prestito iuramento firmabunt quod illud consilium de ipsis [Romano] pontifici et domino imperatori dabunt quod viderunt se canonice posse dare absque periculo scilicet [animae domini] imperatoris et domini pape et sue, et dominus papa acquiescet consilio eorum.**)

22. Dominus autem papa et omnes cardinales si[cut receperunt] dominum imperatorem in Rom[anorum et catholicum impera]torem et B(eatricem) felicem eius uxorem in [catholicam et Romanorum impera]tricem, ita quod ipsa recipiat [coronam a domino papa A(lexandro) vel a legato ipsius; ita recipient dominum H(einricum) filium eorum in] Romanorum et katholicum regem.

23. P[acem etiam vera]m reddent dominus papa A(lexander), et cardinales [domino imperatori F(riderico) et domine] B(eatrici) imperatrici et H(einrico) regi filio eorum et universis adiutoribus ipsorum, salvis que de sp[iritualibus dispositioni] et iudicio domini pape et Romane ecclesie presenti scripto relinquentur et salvo omni iure Romane ec[clesie adversus] detentatores rerum beati Petri et salvis his que scripta sunt tam pro parte domini pape et ecclesie quam pro parte domini imperatoris et imperii.

24. Pacem vero predictam Romanus pontifex promittet se observaturum in verbo veritatis et omnes cardinales, et privilegium inde faciet cum subscriptione omnium cardinalium. Ipsi etiam cardinales scriptum confirmationis predicte pacis facient cum appositione sigillorum suorum.

25. Et dominus papa statim advocato concilio quale subito

---

*) Bischof Garsidonius v. Mantua war wegen seiner kaiserlichen Gesinnung aus Mantua vertrieben und auf seine Stelle ein gewisser Johannes erhoben worden. — Sacco liegt südöstlich von Padua. Das Verzeichnis der Concilbesucher in der historia ducum Veneticorum M. G. SS. XIV, 85, 35 erwähnt den Erzbischof Girard v. Padua „cum archidiacono Sacensi“.

**) Auf dem Laterankonzil wurden beide Bischöfe abgesetzt.

advocari potest, cum cardinalibus episcopis aliisque religiosis viris qui interfuerint, excommunicationem statuet in omnes qui hanc pacem infringere temptaverint. Deinde in generali concilio idem faciet.

26. Plures etiam de nobilibus Romanis et capitaneis Campanie hanc eandem pacem iuramento firmabunt.

27. Imperator vero pacem ipsam firmabit iuramento suo et principum et confirmationem corroborabit scripto suo cum subscriptione sua et principum.

28. Si forte, quod non sit, dominus papa premoriatur, dominus imperator et dominus Heinricus rex filius eius et principes hanc formam pacis et compositionis firmiter observabunt successoribus suis et cardinalibus universis et toti ecclesie Romane et regi Sicilie et Lombardis et ceteris qui secum sentiunt. Similiter, quod absit, si dominus imperator premoriatur, dominus papa et cardinales et ecclesia Romana iam dictam pacem firmiter observabunt Beatrici felici uxori eius et Heinrico filio eius et omnibus de Teutonico regno et ceteris, sicut scriptum est, adiutoribus suis.

29. Interim autem, donec tractatus pacis durabit, dominus imperator per se vel suos guerram non faciet terre domini pape quam ipse tenet vel rex Sicilie per eum vel alii.

30. Si vero, quod deus avertat, ab altera parcium renuntiatum fuerit tractatui pacis, postquam eadem renunciatio significata fuerit alteri parti, predicta securitas per tres menses inconvulsa perseveret.

† Ego Wigmannus Madeburgensis archiepiscopus subscripsi.
† E[go Cristianus Ma]guntinus archiepiscopus subscripsi.
† Ego Cunradus Wormaciensis electus subscripsi.
† Ego Arduinus imperialis aule protonotarius subscripsi.

b) Promissio legatorum.*)

(J. v. Pflugk-Harttung, Forschungen z. d. G. XXIII, 208—210).

[N]os legati domni imperatoris. C(hristianus) Maguntinus et W(ichmannus) Mad[eburgensis archiepiscopus et] Warmaciensis electus, Ard(uinus)[a] aule imperialis prothonotarius, ad pacem ecclesie et imperii ordinandam des[tinati, promittimus et fidem d]amus, quod dominus imperator et sui domnum papam A(lexandrum) recipient, reverentiam exhibebunt et veram pacem

---

a) Pflugk-Harttung: And(oynus).

*) Die Urkunde ist von Pertz nach dem Druck bei Pagi, Critica in Baronium ad a. 1176, N. VI, 6, 646 in die Mon. Germ. legg. II, 149 aufgenommen worden. Pflugk-Harttung gibt dieselbe nach dem schwer leserlichen Original im Archivio Segreto (Arm. XI. caps. VII.) des Vatikans.

red[det[a] dominus im]perator domno pape A(lexandro) et successoribus suis et toti Romane ecclesie, et prefecturam Urbis et terram comitisse Matildis restituet ei et quod ordinatum est de Calixto et[b] parte sua observabit, et quantum in se erit, operam dabit efficacem, ut domnus C(alixtus) assequatur quod a nobis et vobis scripto est ordinatum. Hec omnia faciet domnus imperator, sicut a vobis, domni cardinales, qui ad ordinandam pacem ex parte ecclesie estis constituti, et nobis in scripto communiter disposito est ordinatum, pace de ceteris plene disposita, sicut scripto ordinavimus, vel ordinaverimus nos vel alii, qui ad hec disponenda [et] complenda fuerint constitui. De regalibus vero beati Petri et aliis possessionibus, quas dominus imperator abstulit vel sui vel alii, favore ipsius [iuramus], quod ipsum faciemus iurare, quod scilicet ea, que habet de predictis ipse vel sui, bona fide restituet, de his, que alii habent, bona fide operam dabit studiosam, ut similiter restituantur. Et iuramus, quod bona fide operam dabimus, ut ea que iuraverit exequatur, cum pax plene fuerit disposita de rege Sicilie et Lanbardis, sicut ordinavimus vel ordinandum statuerimus.*) Et de ceteris, que in scripto predicto continentur, ut impleantur, sicut ordinavimus vel simul ordinaverimus, operam bona fide dabimus. Promittimus etiam et iuramus, quod, si dominus imperator, quod absit, mortuus fuerit ante complementum pacis communi scripto disposite, domna B(eatrix) imperatrix et domnus Henricus rex, filius eius, et principes formam pacis communi scripto dispositam compleb[unt, iurabun]t et observabunt, sicut [communi]ter est ordinatum vel

---

Kehr a. a. O. S. 103 korrigiert die Edition an einigen Stellen; ich habe diese Verbesserungen in meinen Text aufgenommen. Die Klammer [ ] bezeichnet auch hier Ergänzungen an abgeriebenen Stellen. Pflugk-Harttung verweist die Urkunde nach der Art, wie sie geschlossen ist, in die Gruppe der Sekrete, „welche voraussetzt, dass sie dem Empfänger zugesandt, nicht persönlich überreicht oder gar in dessen Gegenwert ausgestellt werde". Kehr hingegen a. a. O. S. 103 hält es nach der ganzen Sachlage für zweifellos, dass das Dokument noch in Anagni selbst ausgestellt und den Bevollmächtigten des Papstes überreicht worden ist. — Der erste Teil der Versprechungen betrifft den Friedensentwurf; darin werden nur diejenigen Artikel namhaft gemacht, deren Durchführung für die Kurie besonders wichtig war; andererseits werden darin auch Ergänzungen gegeben, betreffend den Vollzug der Bestimmungen. Diese Promissio ist eine zweifellose Bürgschaft dafür, dass die kaiserlichen Gesandten mit einer den Kaiser bindenden Vollmacht ausgestellt waren, was übrigens auch durch die Vita Alexandri bezeugt wird; natürlich waren die äussersten Linien dieser Vollmacht gezogen.

*) Peters a. a. O. S. 28 bezieht diesen Nebensatz auf exequatur, Eichner a. a. O. S. 8 bezieht ihn mit Recht auf die Klausel „cum pax plena etc.".

a) Pfl.: rel[inquent.

b) Pfl.: ex;

communiter ordinabitur a mediatoribus [utriusque partis, domno] pape A(lexandro) et successor[ibus su]is et universis cardinalibus et toti Romane ecclesie.

Preterea domno pape et universis [cardinalibus] et clericis et famulis et rebus eorum [u]niversis, in comitatu eorum existentibus, firmam et plenam securitatem ex parte domni imperatoris et suorum omnium damus in eundo Venetias vel Ravennam*) et cetera loca, ad que procedere disposuerint et in quibus fuerint, et manendo et redeundo, sive pax compleatur sive disrumpatur, et si disrumpatur, quod Deus avertat, iuramus, quod post disruptionem per tres menses firmam treuguam observabit domnus imperator et sui domno pape Alexandro et toti terre sue, quam ipse tenet, et rex Sicilie vel alii per eum. Et sicut promittimus et damus, ita iuramus, quod dominus imperator per se et partem suam observa[bit; it]a quod nec per se nec per suos aliquod gravamen seu impedimentum eis scienter inferet vel inferri co[nsen]tiet, et si quis eo ignorante [intu]leri[t, bon]a fide emendari faciet. Precipiemus etiam et a domno imperatore districte mandari et precipi faciemus [per terras] suas universales sub pena personarum et rerum balivis[a] suis universis et aliis nobilibus per terras [et castr]a constitutis et per bailivos aliis, quibus precepi oportebit, ut nullos ad domnum papam A(lexandrum) vel [suos] procedentes vel ad eos venientes vel ab eis redeuntes vel, quos miserint, offendent vel offendi permittent, et si quis eis ignorantibus offenderit, quam citius poterint, bona fide facient emendari. Faciemus etiam, quod dominus imperator in presentia nuntii, quem domnus papa et [cardinales nobis] direxerint vel cardinales suos premiserint, faciet iurari in anima sua, quod predictam securitatem et treuguam[b] bona fide, sicut predictum est, observabit et faciet observari.

Ceterum, postquam dominus [imperator] iuraverit, ea que communiter disposuimus eum iuraturum, nos a iuramento erimus absoluti, ex[cepto quod] tenebimur de his, que precise iuravimus**), et excepto quod tenebimur iuramento, quod bona fide operam dabimus, ut cetera, que in communi scripto continentur, impleantur.

---

a) Beamter; b) Pfl. statt et treuguam: [mutua].

*) Zum Friedenskongress!

**) Gemeint sind die eidlichen Verpflichtungen im ersten Teile der Promissio.

XLVII. Friede von Venedig, Juli—August 1177.*)

a) Pactum Venetum (Pax ecclesiae et imperii).**)

(Kehr, N. Archiv XIII, 114—118.)

1. Dominus imperator F(ridericus) * **sicut** dominum papam A(lexandrum) in catholicum et universalem papam **recepit, ita** ei debitam reverentiam **exhibebit,** sicut catholici sui antecessores suis catholicis antecessoribus exhibuerunt. **Successoribus quoque suis catholice intrantibus eandem reverentiam exhibebit.**

---

*) Auf einer Vorversammlung kaiserlicher, päpstlicher, lombardischer und sizilischer Bevollmächtigter zu Ferrara (April 1177) wurde Venedig als Ort des Friedenskongresses bestimmt. Der Kongress, auf dem Alexander III. persönlich anwesend war, wurde Mitte Mai eröffnet. Hier erklärten sich die Lombarden, unter Berufung auf den Schiedsspruch der Kremoneser Konsuln, nur zur Übernahme dessen bereit, was ihre Vorfahren Heinrich V., Lothar III. und Konrad III. geleistet hätten, die kaiserlichen Bevollmächtigten hingegen bezeichneten als niedrigstes Mass kaiserlicher Forderung „ea, quae antecessores vestri (Lombardorum) seniori Henrico reddere consueverunt". Nun schlug Alexander III. vor, Friedrich solle nur mit der Kirche einen definitiven Frieden, mit dem Lombarden dagegen einen sechsjährigen, mit dem Könige von Sizilien einen fünfzehnjährigen Waffenstillstand schliessen. Friedrich, der während der Verhandlungen zuerst in Pomposa, später in Chioggia weilte, gab seine Zustimmung zu den auf jener Grundlage getroffenen Vereinbarungen erst, als in der „Pax ecclesiae et imperii" oder dem Pactum Venetum der die Besitzverhältnisse von Reich und Kirche ordnende Artikel (3) seine zweideutige Fassung erhalten hatte. Am 22. Juli schwuren Graf Dedo von Groitsch und Kämmerer Sigibot im Namen des Kaisers, dass dieser nach seiner Ankunft in Venedig den Frieden mit der Kirche und den Waffenstillstand mit den Lombarden und mit Sizilien halten und von Fürsten des Reiches beschwören lassen werde. Am 23. Juli erfolgte der Einzug des Kaisers, am 1. August die feierliche Verkündigung des Friedens. — Die wichtigste Quelle über den Friedenskongress zu Venedig ist neben den Urkunden der Bericht des bei den Verhandlungen als sizilianischer Gesandter mitthätigen Erzbischof Romuald von Salerno (Romualdi Annales M. G. SS. XIX, 444—459) sowie die gleichzeitige, in den Mon. Germ. den Annalen Romualds angehängte Relatio de Pace Veneta, welche nach Peters a. a. O. S. 122 ebenfalls der Bericht eines Augenzeugen ist. Der Bericht Bosos hingegen (Vita Alex. Watterich a. a. O. II, 439 ff.) ist hier dürftig und unklar. Die Literatur s. bei der vorausgehenden Nummer!

**) Diese Friedensurkunde ist in zwei Abschriften auf uns gekommen, einer gleichzeitigen Kopie im vatikanischen Archiv, Arm. I. caps. IV. nr. 10 (A) und einer Kopie aus dem Ende des 12. Jahrhundert im Cod. 643a f. 3 (non numerato) der Stiftsbibliothek zu Klosterneuburg (B); die vatikanische Abschrift gibt den Text nach dem Originalexemplar, welches dem Papste ausgehändigt wurde, die andere den Text des für den Kaiser ausgefertigten Originals. Kehr a. a. O. gibt den Text nach der vatikanischen Kopie und fügt in den Anmerkungen die Varianten der Klosterneuburger Abschrift hinzu. Ich übergehe letztere, da sie eine sachliche Bedeutung nicht haben, und erwähne nur, dass das Klosterneuburger Exemplar mit „sicut scriptum est" schliesst. Dies berechtigt jedoch nach Kehr keineswegs zu dem Schlusse, dass die von den päpstlichen Bevollmächtigten dem Kaiser übergebene Originalausfertigung mit keinen Unterschriften versehen gewesen sei; diese

2. Et reddet dominus imperator veram pacem tam domino pape Alexandro quam omnibus successoribus suis et toti Romane ecclesie.

3. [3, 4, 6] **Omnem vero** possessionem **et tenementum sive** prefecture **sive alterius rei quam** Romana ecclesia habuit et ipse abstulit **per se vel per alios, bona fide** restituet **ei salvo omni iure imperii.***) **Ecclesia quoque Romana omnem possessionem et tenementum quod ei abstulit per se vel per alios, bona fide ei restituet salvo omni iure Romane ecclesie.**

4. [3] **Possessiones etiam quas dominus imperator restituet,** ad retinendum iuvabit.

5. Similiter et universos vassallos ecclesie quos occasione scismatis **dominus** imperator abstulit vel recepit, **dominus imperator** absolvet et domino pape A(lexandro) restituet et ecclesie Romane. *

6. [7] Preterea dominus imperator et dominus papa ad honorem et iura ecclesie et imperii conservanda se vicissim iuvabunt, dominus papa ut benig-

---

wird wohl analog dem andern Exemplar die Unterschriften der päpstlichen Bevollmächtigten getragen haben. Ich habe nach dem Vorgange Kehrs Wiederholungen der Artikel von Anagni durch leichteren Druck äusserlich gekennzeichnet und innerhalb dieses leichteren Drucks Sternchen angebracht, um anzudeuten, dass an der betreffenden Stelle der Wortlaut des Venetum im Verhältnis zum Pactum Anagninum ein Minus aufweist. Wo die Reihenfolge der Artikel im Pactum Venetum von der im Pactum Anagninum abweicht, bezeichnen die Ziffern in [ ] die einschlägigen Artikel im Pactum Anagninum. Das vaticanische Exemplar des Pactum Venetum hat Pertz nach dem Texte des Sigonius, eines Humanisten des 16. Jahrh., in die Mon. Germ. (legg. II, 147) aufgenommen und fälschlich als „Pactum Anagninum" bezeichnet. Hefele a. a. O. (1. Aufl. S. 620 f.) und darnach Reuter a. a. O. III, 729 haben den Beweis erbracht, dass diese Urkunde nach Venedig zu verweisen sei, und Waitz a. a. O. hat bereits im Jahre 1867 überzeugend dargethan, dass der Text des Sigonius von diesem nach der Manier der Humanisten überarbeitet und daher auch der darnach verfertigte Druck in den Monumenten unbrauchbar sei, was aber selbst noch von Peters übersehen worden ist. Den ersten authentischen Druck von der vatikanischen Abschrift gab Theiner, Cod. dom. temp. s. s. I, 22, von der Klosterneuburger Schöpflin, Comment. hist. et crit. 553.

*) Vgl. dazu Artikel 6 des Pactum Anagninum! Dass obiger die Besitzverhältnisse der Kirche und des Reiches betreffende Artikel erst in Chioggia seine zweideutige Fassung erhielt, dafür berufen sich Eichner a. a. O. S. 46 f. und Giesebrecht a. a. O. S. 834 f. auf ein Schreiben Friedrichs I. an Papst Lucius III. (Notices et extraits des manuscr. t. XXI, 321); hier heisst es von dem auf die mathildischen Güter bezüglichen Artikel des Pactum Venetum: „Secundum formam, quam cum cardinalibus Romane ecclesie super eisdem possessionibus Clodii convenimus, que et illic in scriptum redacta et Venetiis postmodum confirmata fuit". Peters a. a. O. S. 80 ff. erblickt in der Formulierung unseres Artikels das Resultat jener geheimen Verhandlungen, welche der Kaiser durch seinen Kanzler Gottfried und durch zwei Cisterzienser, den Bischof v. Clermont und den Abt von Bonnesvaux, hinter dem Rücken seiner Bevollmächtigten mit dem Papste führen liess und worin er diesem versprach, in den päpstlichen Vorschlag eines Waffenstillstandes mit den Lombarden und mit Sizilien zu willigen, falls er auf weitere 15 Jahre in unangefochtenem Besitze der mathildischen Güter belassen würde. Nach Ablauf dieser Frist wollte er den rechtlichen Nachweis für die Ansprüche des Reiches auf das Land erbringen.

nus pater devotum et carissimum filium et imperatorem christianissimum, dominus vero imperator ut devotus filius et christianissimns imperator dilectum et reverendum patrem et beati Petri vicarium.

7. [8] Quecumque autem tempore scismatis vel occasione ipsius aut sine ordine iuditiario ecclesiis a domino imperatore vel suis sunt ablata, ei restituentur.

8. **Domina etiam B(eatrix) imperatrix recipiet dominum papam A(lexandrum) in catholicum et universalem papam. Dominus quoque Henricus rex filius eorum similiter eum recipiet et ei et catholicis successoribus suis debitam reverentiam exhibebit et iuramentum quod dominus imperator exhibuerit, similiter et ipse prestabit.**

9. [10] Pacem **autem** veram reddit dominus imperator **et dominus Henricus rex filius eius illustri** regi Sicilie **usque ad XV annos, sicut per mediatores pacis est ordinatum et scriptum.**

10. Constantinopolitano **etiam** imperatori et universis adiutoribus ecclesie Romane **pacem veram reddit** et nullum malum meritum reddet **eis** per se vel **per** suos pro servitio collato ecclesie Romane.

11. De querelis autem et controversiis que ante tempora domini * Adriani inter ecclesiam et **imperium** * vertebantur, mediatores **ex parte** domini pape et domini imperatoris constituentur quibus committentur, ut eas iuditio vel concordia terminent. * Si vero predicti mediatores non convenerint, **iuditio** domini pape et domini imperatoris vel eius **seu** eorum quos ad id elegerint, finientur. *

12. Cristiano autem dicto cancellario Maguntinus archiepiscopatus, Philippo autem Coloniensis archiepiscopatus concedentur et confirmabuntur **eis** cum omni plenitudine archiepiscopalis dignitatis et offitii. Et primus archiepiscopatus qui in Theutonico regno vacaverit, domino Corrado auctoritate domini pape et auxilio domini imperatoris assignabitur qui tamen congruus * videatur. *

13. Ei autem qui dicitur Calixtus una abbatia dabitur. Illi autem qui dicebantur eius cardinales redibunt ad loca que **primo** habuerunt, nisi ea sponte vel iuditio dimiserant, et in ordinibus quos ante scisma perceperunt, relinquentur.

14. Gero autem nunc dictus Alberstatensis precise deponetur et Ulricus verus Alberstatensis restituetur. Alienationes a Gerone facte et benefitia data similiter et ab omnibus intrusis auctoritate domini pape et domini imperatoris cassabuntur et suis ecclesiis restituentur.

15. De electione Brandeburgensis episcopi qui ad Bremensem archiepiscopatum electus erat, cognoscetur et, si canonicum fuerit, ad eandem ecclesiam transferetur. Et quecumque a Baldeuuino qui nunc preest Bremensi ecclesie, alienata vel inbeneficiata sunt, sicut canonicum et iustum fuerit, eidem ecclesie restituentur.

16. Item que Salsiburgensi ecclesie tempore scismatis subtracta sunt, ei **plenarie** restituentur.

17. Universi clerici qui sunt de Ytalia vel aliis regionibus, qui sunt extra Theotonicum regnum, dispositioni et iuditio domini pape A(lexandri) successorumque eius * relinquentur. Si vero domino imperatori placuerit rogare pro ordinibus aliquorum quos canonice perceperunt, usque [a]d X vel XII, si instare voluerit, exaudietur.

18. G(arsidonius) **autem** Mantuanus ad episcopatum quondam suum restituetur, ita tamen quod ille qui nunc est Mantuanus, auctoritate domini pape et auxilio domini imperatoris ad Tridentinum episcopatum transferetur, nisi forte inter dominum papam et dominum imperatorem convenerit, ut in alio ei episcopatu provideatur.

19. Archipresbiter **vero** de Sacco in archipresbiteratu quondam suo et **in** aliis benefitiis que ante scisma habuit, cum omni plenitudine restituetur.

20. Universi etiam ordinati a quondam catholicis vel ab ordinatis eorum in Theutonico regno restituentur in ordinibus taliter perceptis **nec occasione huius scismatis gravabuntur.**

21. De Argentinensi autem et Basiliensi dictis episcopis qui ordinati fuerunt a Guidone Cremensi, in eodem regno a predictis mediatoribus committetur * X vel octo * quos ipsi elegerint, qui prestito iuramento firmabunt quod illud consilium de ipsis Romano pontifici et domino imperatori dabunt quod viderint se canonice posse dare absque periculo scilicet anime domini pape et domini imperatoris et sue, et dominus papa adquiescet eorum consilio.

22. Dominus autem papa et omnes cardinales sicut receperunt dominum imperatorem F(ridericum) in Romanorum et catholicum imperatorem, **ita recipient** B(eatricem) felicem uxorem eius in catholicam et Romanorum imperatricem, ita **tamen** quod ipsa **coronetur** a domino papa A(lexandro) vel **a** legato ipsius. Dominum **autem** Henricum filium eorum in * catholicum regem recipient.

23. Pacem etiam veram reddent dominus papa * et cardinales domino imperatori F(riderico) et domine imperatrici B(eatrici) et Henrico regi filio eorum et universis adiutoribus ipsorum, salvis que de spiritualibus dispositioni et iuditio domini pape A(lexandri) et Romane ecclesie presenti scripto relinquuntur et salvo omni iure Romane ecclesie adversus detentatores rerum beati Petri et salvis his que **prescripta** sunt tam pro parte * ecclesie quam pro parte domini imperatoris et imperii.

24. Pacem vero predictam promittit **dominus papa** se observaturum in verbo veritatis et omnes cardinales, et privilegium inde faciet cum subscriptione omnium cardinalium. Ipsi etiam cardinales scriptum confirmationis predicte pacis facient cum appositione sigillorum suorum.

25. Et dominus papa statim advocato concilio quale subito advocari poterit, cum cardinalibus episcopis aliisque religiosis viris qui interfuerint, excommunicationem statuet in omnes qui hanc pacem infringere temptaverint.*) Deinde in generali concilio idem faciet.

26. Plures etiam de nobilibus Romanis et capitaneis Campanie hanc eandem pacem iuramento firmabunt.

27. Imperator vero **predictam** pacem **ecclesie et iam dictam pacem XV annorum illustris regis Sicilie et treuquam Lombardorum a proximis scilicet Kal.** a) **augusti usque ad VI annos** firmabit iuramento suo et principum **et faciet Lombardos qui ex parte sua sunt, sicut in communi scripto treuque dispositum et scriptum est, eamdem treuquam firmari. Si vero aliquis fuerit ex parte imperatoris qui predictam treuquam iurare recusaverit, imperator precipiet universis qui ex parte sua sunt, sub debito fidelitatis et gratie sue ut nullum prestent ei auxilium et volentibus eum offendere in nullo obsistant vel contradicant, et si quis offenderit, non teneatur inde. Mandatum autem istud non revocabit dominus imperator, donec treuqua durabit. Et dominus Henricus rex filius eius predicta firmabit, sicut scripto dispositum est. Dominus etiam imperator predictam pacem ecclesie et illustris regis Sicilie usque ad XV annos et treuquam Lombardorum** corroborabit scripto suo cum subscriptione sua et principum.

---

a) K. habe ich aus B ergänzt.

*) Gemäss diesem Artikel vereinigte Alexander III. am 14. August die in Venedig anwesenden Kirchenfürsten zu einem Konzile, beziehungsweise einer Synode und setzte gegen alle diejenigen die Strafe der Exkommunikation fest, welche die Verträge brechen würden.

28. Si **vero**, quod **absit**, domiuus papa premoriatur, dominus imperator et dominus Henricus rex filius eius et principes hanc formam pacis et compositionis firmiter observabunt successoribus suis et universis cardinalibus et toti Romane ecclesie et **illustri** regi Sicilie et Lombardis et ceteris qui secum sentiunt. Similiter, quod absit, si dominus imperator premoriatur, dominus papa et cardinales et ecclesia Romana iam dictam pacem firmiter observabunt **successori suo et** B(eatrici) felici uxori eius et Henrico **regi** filio eius et omnibus de Theotonico regno et ceteris adiutoribus suis, sicut **prescriptum** est. **Et successores domini pape similiter observabunt.**

† Wicmannus Madiburgensis archiepiscopus subscripsi.
† Philippus Coloniensis archiepiscopus subscripsi.
† Ego Cristianus Maguntinus archiepiscopus subscripsi.
† Ego Arnuldus Treuerensis archiepiscopus subscripsi.
† Ego Arduinus imperalis prothonotarius subscripsi.*)

b) Treuga cum Lombardis.**)

(Mon. Germ. legg. II, 155 f.)

Inter dominum imperatorem et partem suam, Cremonam, Papiam, Januam, Terdonam, Asti, Albam, Aquis, Taurinum, Yporeiam, Vintimiliam, Savonam, Albigaunum, Casalem Sancti Evasii, Montem Vellii, Imolam, Faventiam, Ravennam, Forum Livii, Forum Pompilii, Cesenam, Ariminum, Castrocarium, marchionem Montisferrati et filios suos et omnem terram, quam tenent,

---

*) Gemäss Artikel 27 stellte der Kaiser am 17. September dem Papste eine Urkunde aus, worin er den geschlossenen Frieden zu halten verheisst (Stumpf nr. 4225). Zwölf von den Fürsten hatten bereits in einer eigenen Urkunde den von ihnen beschworenen Frieden dem Papste verbrieft; die Urkunde hierüber ist nach dem 1. August ausgestellt (Vignati, Storia diplomatica della lega Lombarda, pag. 317—319). Ob auch von Seiten des Papstes und der Kardinäle Bestätigungsurkunden ausgestellt wurden, ist nicht überliefert; Giesebrecht hält es in hohem Masse wahrschweinlich. Über die mathildischen Güter war es zu einer Einigung nicht gekommen. Jedoch verstand sich der Papst unmittelbar vor dem Abschiede des Kaisers noch dazu, die Angelegenheit gemäss Artikel 11 des Pactum Venetum einem Schiedsgerichte zu überweisen, das indes faktisch niemals zu einem Spruche gelangt ist. Vgl. hierüber ausser den bereits angeführten Werken namentlich Scheffer-Boichorst, Kaiser Friedrichs I. letzter Streit mit der Kurie S. 167 ff. Löwenfeld a. a. O. sucht auf Grund neuer vom ihm edierter Briefe Alexanders III. (Löwenfeld, Epistolae pontificum Rom. ineditae pag. 129, 149 - 208) nachzuweisen, dass Alexander zu dem Zugeständnisse eines Schiedsgerichtes bewogen wurde durch die Pression, die der Kaiser mit der Übertragung der tuscischen Mark an den kirchenfeindlichen Konrad v. Lützelhard ausgeübt hatte.

**) Dieses Scriptum treugae ist in Abschriften eines Protokolls auf uns gekommen, welches der Notar Fantolinus (vgl. nr. XLV a!) über die feierliche Beschwörung des Waffenstillstandes aufgenommen hat; aus dieser Provenienz erklärt sich auch, warum dem überlieferten Texte Zeugenunterschriften und Daten fehlen. Deren Vorhandensein in der Originalurkunde beweist Eichner a. a. O. S. 53 f. aus jener Urkunde, worin 12 deutsche Fürsten die Einhaltung

comites de Blanderato cum omni terra sua, quam tenent, marchiones de Vasto cum omni terra sua, quam tenent, marchiones de Busco cum omni terra, quam tenent, comites[a] de Lomello cum omni terra aus, quam tenent, et cetera loca nominata et innominata et ceteras personas nominatas et innominatas, que sunt in parte imperatoris; et societatem Lombardorum, scilicet Venetiam, Tarvisium, Paduam, Vincentiam, Veronam, Brixiam, Ferrariam, Mantuam, Bergamum, Laudum, Mediolanum, Cumas, Novariam, Vercellas, Alexandriam, Cassinum et Belmontem, Placentiam, Bobium, Opizonem Malaspinam, Parmam, Rhegium, Mutinam, Bononiam, homines de sancto Cassiano et Docciam et cetera loca et personas episcoporum, clericorum et laicorum Lombardie, Marchie, Romagnole, que sunt in societate Lombardie, cum omnibus, que habent et tenent, treugua constituta est ab istis Kalendis Augusti usque ad sex annos, que sic firmabitur.

Dominus imperator faciet iurari in anima sua et filius suus Henricus rex similiter, et principes Alamanie iurabunt, qui presentes sunt, et Guarscendonius*) et marchio Montisferrati et filii sui et marchiones de Vasto et de Busco, comites de Blandrato et de Lomello et consules Cremone et Papienses et credentie[b] ipsorum, et unus in publica concione in animabus populi ex mandato ipsius populi. Idem fiet in aliis civitatibus, que sunt ex parte domini imperatoris, quod scilicet bona fide, sine fraude et malo ingenio predictam treuguam observabunt predictis civitatibus et locis et personis nominatis et non nominatis predicte societatis, ita quod usque ad sex annos non offendent eos per se vel per alios in personis vel rebus, quas habent vel tenent; continebitur etiam in iuramento, quod homines societatis et eorum res securi sint in terra imperatoris, sicut tempore pacis. Et e converso Cremonensibus[c] quoque et Papiensibus[d] et aliis civitatibus, locis et personis de parte imperatoris eadem fiet et observabitur securitas a societate Lombardie. Securi autem[e] ut tempore pacis

---

der von ihnen beschworenen Verträge verbriefen (Boso, Vita Alex. Watterich a. a. O. II, 444); hier heisst es von der Treuga: „quod scilicet scriptum propriis subscriptionibus ipsorum mediatorum hinc inde confirmatum est et sigillis ipsorum corroboratum". Die Urkunde ist von Muratori (Antiquitates Italiae IV, 283) und Mittarelli (Accessiones ad SS. Murat. Faventinae pg. 604) aus dem Archiv v. Bologna (Lib. I dei Registri Grossi dell' Archivio notarile di Bologna) publiziert und darnach von Pertz in die Monumenta Germaniae aufgenommen worden. Zuletzt hat sie Vignati, Storia diplomatica della lega Lombarda pag. 310–313 ediert. – Wie aus Artikel 27 des Pactum Venetum hervorgeht, ist die Treuga vor dem Pactum abgefasst.

*) Bischof Garsidonius von Mantua. Vgl. Artikel 18 des Pactum Venetum!

a) Vignati: comitem. b) Räte. c) Vignati Cremonenses. d) Vignati: Papienses. e) Ich vermute: Securitatem.

sic intelligimus, ut bona fide abstineant imperator et sui ab iniuriis personarum societatis et damnis[a] rerum; similiter societas abstinebit ab iniuriis personarum et a damnis[b] rerum partis domini imperatoris. Similiter consules civitatum societatis et credentie earum et quinquaginta homines civitatis, in qua non erunt credentie, et potestates civitatum, in quibus non erunt consules, et unus similiter in anima populi cuiusque civitatis, et Opizo Malaspina et filius eius iurabunt, se observaturos predictam treuguam domino imperatori et civitatibus et locis et personis, que sunt[c] ex parte imperatoris.

Ad observationem autem treugue de singulis civitatibus utriusque partis et de terra marchionis Montisferrati duo eligentur, qui iureiurando firmabunt, quod bona fide dabunt operam ad observandam treuguam; et si qua civitas vel locus vel persona infregerit, eque[d] bona fide dabunt operam efficacem ad emendandum[e] infra quadraginta dies, nisi prorogaretur de consensu partium. Iuramento autem consulum, credentiarum[f] populi et potestatum et 50 bonorum hominum, qui iurabunt, marchionum et comitum continebitur, quod bona fide et efficaciter iuvabunt ad hoc[g] electos, ut treugua emendetur infra prestitutum[h] tempus. Si contigerit, quod aliqua predictarum civitatum vel locorum vel personarum, que sunt ex parte societatis, offenderit aliquam civitatem, locum vel personam, que sunt ex parte imperatoris, et non fuerit emendatum per treuganos,[i] qui ad hoc electi sunt, imperator vel alii, qui sunt ex parte sua, non propterea frangant treuguam, sed civitates societatis et alii de societate ponant eam sub banno iuxta arbitrium treuganorum[k]. Si vero civitas, locus vel persona ex parte imperatoris fregerit treuguam adversus civitatem vel locum vel personam societatis, non ob hoc treugua frangatur, sed similiter emendabitur. Si vero aliqua civitas, locus vel persona offenderit aliam civitatem, locum vel personam eiusdem societatis, imperator vel sui non se intromittent. Idem servetur in parte imperatoris.

Imperator vero usque ad sex annos predictos non compellet aliquem clericum vel laicum predicte societatis iurare sibi fidelitatem nec sententiam dabit nec faciet dari in aliquem predicte societatis pro fidelitate et servitio sibi non exhibito vel investitura sibi non petita infra predictum tempus treugue. Preterea nullum locum vel personam predicte societatis trahet ad iudicium tempore treugue pro preteritis negotiis.

---

a) Vignati: dampnum. b) Vignati. dampno. c) So Muratori und Vignati; Mittarelli u. darnach Pertz: sint. d) Vignati: quod. e) Vignati: emendandam. f) So Muratori u. Vignati; Mittarelli u. darnach Pertz: credentiae. g) So Vignati; Pertz: hec. h) So Vignati; Pertz: prestitum. i) Muratori: treugarios. k) Muratori: treugariorum.

c) Privileg Friedrichs I. für König Wilhelm von Sizilien.*)

(Romualdi Annales, Mon. Germ. SS. XIX, 457.)

[Romuald a. a. O.: Ipsi autem (die sizilischen Gesandten) sicut viri sapientes et providi, metuentes, ne pacis facte memoriam longevitas temporis aboleret, dederunt studium et operam diligentem, ut forma pacis, que inter imperatorem et regem facta fuerat, imperiali iussione redigeretur in scripturis, ut eam de cetero non posset temporis vetustas destruere, quam imperialis privilegii scriptum servaret. Ad petitionem igitur eorum pacis inter imperatorem et regem inite scriptum est privilegium et sigilli aurei impressione munitum.]

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Nos Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus et Heinricus rex filius noster interventu venerabilis patris nostri Alexandri Dei gratia summi pontificis et fratrum suorum cardinalium pro parte nostra et heredum nostrorum paciscimur vobiscum, domne Willelme eadem gratia illustris rex Sicilie, quod amodo usque ad quindecim annos observabimus vobis et heredibus vestris et universo regno vestro et toti terre dominationis vestre veram et firmam pacem. Et quod per nos vel per quoslibet alios mari vel terra vos predictum illustrem regem et heredes vestros aut regnum vestrum et terram dominationis vestre, s i c u t p r e s c r i p t u m e t d e t e r m i n a t u m e s t, usque ad quindecim annos non invademus nec invadere faciemus nec vobis aut regno vestro et iam dicte terre dominationis vestre guerram aliquo modo faciemus.

Et ut hec omnia suprascripta firmiter et illibata a nobis supradicto Frederico Dei gratia Romanorum imperatore et semper augusto et Heinrico filio nostro rege et heredibus nostris tam

---

*) Die über den fünfzehnjährigen Waffenstillstand mit Sizilien vereinbarte Urkunde, das Scriptum pacis regis Siciliae, ist weder im Original noch abschriftlich auf uns gekommen. Die Bestimmungen derselben lernt man teils aus den Artikeln 9, 27 u. 28 des Pactum Venetum, teils aus der kaiserlichen Bestätigungsurkunde kennen, welche uns Romuald a. a. O. überliefert hat. Diese muss vor dem 15. August abgefasst sein, da an diesem Tage die sizilischen Gesandten von Venedig abreisten. Ich habe die Worte Romualds vorausgeschickt, mit denen er den Ursprung des Privilegs schildert. Reuter a. a. O. III, 734 und Peters a. a. O. S. 137 f. haben daraus gefolgert, dass in dem Privileg die Friedensurkunde selber zu erblicken sei. Indes Eichner a. a. O. S. 55 f. wendet dagegen mit Recht ein, dass Artikel 9 des Pactum Venetum und der gesperrt gedruckte Satz in unserem Privileg auf ein dem Kaiserdiplom vorausgehendes Friedensinstrument hinweisen; nach ihm will Romuald an obiger Stelle nur sagen, dass über den Frieden bisher kein förmliches Privileg, kein Kaiserdiplom ausgestellt worden sei. — Der Waffenstillstand mit Sizilien ist schon damals als pax bezeichnet worden; er hatte auch so ziemlich die Bedeutung eines definitiven Friedens, während der Waffenstillstand mit den Lombarden, j a selbst in einer Beziehung der Friede mit der Kirche ein Provisorium genannt werden kann.

vobis supradicto illustri regi Wilhelmo quam heredibus vestris et regno vestro et toti terre dominationis vestre attendantur et observentur: nos predictus imperator bona fide, sine fraude et malo ingenio in presentia beatissimi patris nostri pape Alexandri et cardinalium et legatorum vestrorum Romualdi venerabilis Salernitani archiepiscopi et Rogerii egregii comitis Andrie et principum ac fidelium nostrorum a comite Heinrico de Diessa in anima nostra super sancta Dei euangelia et sanctorum reliquias iurari fecimus et Heinricum filium nostrum per interpositam dignam personam in anima sua id ipsum iurare faciemus usque ad medium futurum Septembrem indictionis undecime. Et principes nostros idem iurare fecimus, videlicet Christianum Maguntinum archiepiscopum, Arnoldum Treverensem archiepiscopum, Conradum Guormaciensem electum, Godefridum imperialis aule cancellarium, Wortwinum protonotarium, marchionem Theodericum de Lusiz, Florentium comitem Holandie, comitem Dedonem de Groyx, comitem Heinricum de Diessa, comitem Roupertum de Durna.

Ad huius autem pacti, promissionis et iuramenti nostri et Heinrici regis filii nostri et principum nostrorum memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium nostrum per manus Wortwini protonotarii nostri scribi fecimus et imperiali sigillo nostro aureo sigillatum et predictorum principum iuramento communitum vobis suprascripto illustri regi Willelmo fecimus assignari. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo septimo, mense Augusti, decima indictione.

XLVIII. Schreiben Friedrichs I. an Kaiser Manuel 1177.*)

(Kap-Herr, Die abendländ. Politik Kaiser Manuels S. 156 f.)

F(ridericus) divina favente clementia imperator inclitus triumphatōr a deo coronatus sublimis in Christo fidelis magnus pacificus gloriosus cesar Grecorum moderator semper augustus, nobili et

*) Kap-Herr publiziert den Brief nach dem Cod. pal. Vindob. 953 (Salisb. 103) fol. 138 b. Derselbe ist die Antwort auf ein in den Annales Stadenses (M. G. SS. XVI, 349) fragmentarisch erhaltenes Schreiben Kaiser Manuels. Da in dem Briefe Manuels einer demütigen Gesandtschaft des Kilidsch-Arslans von Ikonium Erwähnung geschieht, Manuel aber mit diesem zum letztenmale im Jahre 1176 gekämpft hat, setzt Kap-Herr den Brief Manuels in die Jahre 1176/77, die Antwort Friedrichs in das Jahr 1177. – Manuel hatte Alexander III. als Papst anerkannt (vgl. S. 199 Anm. !) und sich damit auf die Seite der Gegner des Kaisers gestellt. In Anagni war ein Separatfriede mit Manuel in Aussicht genommen gewesen (Pactum Anagninum, Artikel 10), in Venedig begnügte sich der Papst mit dem Versprechen, dass Friedrich dem Kaiser von Konstantinopel die der römischen Kirche geleisteten Dienste nicht übel vergelten werde. (Pactum Venetum, Artikel 10). Vgl. Kap-Herr a. a. O. S. 105—109 und Giesebrecht a. a. O. V, 872—874!

illustri regi Grecorum et inperatori dilecto fratri suo, salutem et fraterne dilectionis affectum. Predecessorum nostrorum dive memorie inperatorum urbis Rome monarchiam divino munere et felix obtinuit victoria eamque nobis usque ad hec tempora successive potenterque transmisit, ut non solum Romanum inperium nostro disponatur moderamine, verum etiam regnum Grecie ad nutum nostrum regi et sub nostro gubernari debeat inperio. Sicut autem ille rex regum, a quo omnis potestas, Romanum inperium caput totius orbis constituit, ita etiam sedem Romane ecclesie omnium ecclesiarum matrem unicam dominamque et magistram ordinavit, quod utique duorum gladiorum numero, quos quidem sufficere perhibuit, ipse auctor fidei Christiane patenter profiguravit.*) Quapropter fraterni amoris pretextu, quem tue gerimus excellentie, prudentiam tuam scriptis presentibus dignum commonere duximus, quatinus nobis et inperio Romano debitum honorem recognoscas et summo pontifici, quem nominetenus sanctum appellas, reverenter obedientiam exhibeas. Audivit autem nostra maiestas, quod occasio quedam inter patriarcham Sancte Sophie tuamque nobilitatem prebuit seminarium discordie. Cui si reconciliari intendis, pro bono pacis nos cooperatores habere poteris. Porro successibus tue nobilitatis, quos, dum contra Soldanum regem Yconie exercitum duceres, divina gratia desuper tibi contulit, quos gratanter audivimus, eque congaudemus, prout tuam nobilitatem nostre maiestatis prosperitati congaudere non diffidimus.**) Cum autem de quibusdam consiliis, que Soldanus amicus noster tue aperuit nobilitati, prudentiam tuam asseras mirari, nescimus, an per hec verba nostram maiestatem notare volueris. Si ergo remota nube verborum mentis tue intentionem maiestati nostre aperueris, nos universa consilia, que cum ipso Soldano tractavimus, evidenter profiteri non erubescimus.***) Mirari vero non sufficimus, quod, dum fraternum amorem nobis promittis, per nuntios et per pecuniam tuam fideles inperii nostri a nostro servitio et fidelitate avertere niteris.†)

---

*) Vgl. nr. XIII meiner Sammlung!

**) In Wirklichkeit hatte der Sultan von Ikonium das Heer Manuels bei Myriokephalon vollständig geschlagen.

***) Vgl. Cont. Sanblasiana c. 25 und Annal. Col. Max ad ann. 1180. Der Sultan hatte mit dem Versprechen, Christ zu werden, um eine Tochter Friedrichs angehalten; diese wurde zwar zugesagt, starb aber vor der Vermählung.

†) Kap-Herr a. a. O. S. 100 findet in diesen Worten wohl mit Recht eine Anspielung auf eine Verbindung Manuels mit Heinrich dem Löwen. Dieser hatte im Jahre 1172 auf einer Wallfahrt nach Jerusalem den kaiser-

Cum autem boni et stabiles viri in sua fide inmutabiles permaneant, pravi vero ac perfidi tantum ad tuam voluntatem faciles inveniantur, parum nobis obesse poteris, minus autem honori tuo prospicis. Nam et fidem negligis et pecuniam inutiliter expendis. Si et nos et inperium nostrum sincera fide diligeres, equam a maiestate nostra vicissitudinem reciperes.

XLIX. Papstwahldekret des Laterankonzils vom Jahre 1179 (Februar—März).*)

(Watterich, Pont. Rom. Vitae II, 644.)

De electione summi pontificis. Licet de evitanda discordia in electione summi pontificis manifesta satis a nostris praedecessoribus constituta manaverint, tamen, quia saepe post illa per improbae ambitionis audaciam gravem passa est ecclesia scissuram, nos etiam ad malum hoc evitandum de consilio fratrum nostrorum et sacri approbatione concilii aliquid decrevimus adiungendum. Statuimus igitur, ut, si forte inimico homine superseminante zizania inter cardinales de substituendo pontifice non potuerit concordia plena esse et duabus partibus concordantibus tertia pars noluerit concordare aut sibi alium praesumpserit ordinare, ille Romanus pontifex habeatur, qui a duabus partibus fuerit electus et receptus. Si quis autem de tertiae partis nominatione confisus, quia rem non potest, sibi nomen episcopi usurpaverit, tam ipse, quam qui eum receperint, excommunicationi subiaceant et totius sacri ordinis privatione mulctentur, ita ut viatici eis etiam, nisi tantum in ultimis, communio denegetur et, nisi resipuerint, cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, accipiant portionem. Praeterea si a paucioribus aliquis quam a duabus partibus fuerit electus ad apostolatus officium, nisi maior concordia intercesserit, nullatenus assumatur et praedictae poenae subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum canonicis constitutionibus et aliis ecclesiasticis praeiudicium generetur, in quibus maioris et sanioris partis debet sententia praevalere, quia quod in eis dubium venerit, superioris poterit iudicio diffiniri. In Romana vero ecclesia aliquid speciale constituitur, quia non potest recursus ad superiorem haberi.

---

lichen Hof in Byzanz besucht; mit ihm ging als kaiserlicher Gesandter Bischof Konrad von Worms. Man vermutet, dass letzterer dem Herzog zur Überwachung beigegeben war. Vgl. die in Nr. L citierten Stellen aus den Gesta regis Henrici II. und Gottfried von Viterbo!

*) Watterich gibt die Beschlüsse des Laterankonzils nach Mansi, Sacrorum Conciliorum Collectio XXII, 213 ff. Über den von mir aufgenom-

L. Gelnhäuser Urkunde, 13. April 1180.*)

(Heinemann, Codex Anhaltinus 1 c.)

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus[a]). Quoniam humana labilis est memoria et turbe rerum non sufficit, predecessorum etatis nostre, divorum imperatorum et regum, decrevit auctoritas litteris annotare, que fluentium temporum antiquitas a notitia hominum consuevit alienare.

---

menen Kanon vgl. die Einleitung zu nr. XXXIX, sowie die dort angeführten Werke von Hinschius, Zöpffel, Lorenz! Wie das Papstwahldekret v. J. 1059 die Erhebung Nikolaus' II., so sollte unser Dekret die Wahl Alexanders III. nachträglich legalisieren, namentlich aber ähnlichen Vorkommnissen, wie denen des Jahres 1159, vorbeugen. Der Mitwirkung von Klerus und Volk geschieht keine Erwähnung mehr; um jedoch ersteren einigermassen zu entschädigen, hat Alexander die ersten des Palatinalklerus sowie die Rektoren der fünf Patriarchalkirchen unter die Kardinäle versetzt.

a) Von hier bis Nos itaque fehlt der Text im Liber privilegiorum ecclesiae Coloniensis, weil, wie der Abschreiber selbst bemerkt, die obere Hälfte des ihm vorliegenden Originals nicht mehr zu lesen war.

*) Heinemann gibt die Urkunde, wie schon früher Lacomblet (Niederrhein. Urkundenbuch I, 331), nach dem durch Feuchtigkeit sehr beschädigten Originale im Staatsarchive zu Berlin, das mit einer an rotseidener Schnur hangenden Goldbulle versehen ist. Pertz (Mon. Germ. legg. II, 163 f.) folgt in seiner Edition der mangelhaften Ausgabe von Gelenius. Erhard, Cod. dipl. hist. Westf. II, 150 f. druckt die Urkunde nach dem Liber privilegiorum ecclesiae Coloniensis. Nach Lacomblet ist auch dem Schreiber des Liber privilegiorum das Berliner Original vorgelegen, da er in Übereinstimmung mit der thatsächlichen Beschaffenheit dieses Originals ausdrücklich hervorhebt, dass die obere Hälfte der Urkunde nicht mehr zu lesen sei. Nach Erhard indes hat der Schreiber die Urkunde einer zweiten Originalausfertigung entnommen. — Aufgenommen wurde die Urkunde in meine Sammlung, weil sie in doppelter Beziehung von hoher Bedeutung ist: Der erste Teil der Narratio oder Expositio (A) gibt den wichtigsten Bericht über das Strafverfahren gegen Heinrich den Löwen, der zweite Teil (B) aber ist die wichtigste Quelle für die Teilung des Herzogtums Sachsen im Jahre 1180. Die anderweitigen für beide Ereignisse belangreichen Quellenstellen werde ich in Kleindruck dem Texte der Urkunde folgen lassen. Der angebliche Lehensbrief Friedrichs I. für den neucreierten Herzog Bernhard von Sachsen (Stumpf nr. 4304) ist ohne Zweifel unecht; es genügt anzuführen, dass in demselben Bernhard von Anhalt das „munus electoratium" verliehen wird. Zu A vergl. namentlich Weiland, Die Reichsheerfahrt von Heinrich V. bis Heinrich VI. nach ihrer staatsrechtlichen Seite, Forsch. z. d. G. VII, 167—174, nebst Anhang: Der Prozess gegen Heinrich d. Löwen, ibidem S. 175—188; Waitz, Über den Bericht der Gelnhäuser Urkunde von der Verurteilung Heinrichs d. L., Forsch. z. d. G. X, 151—166; Ficker, Über das Verfahren gegen Heinrich d. L. nach dem Berichte der Gelnhäuser Urkunde, Forsch. z. d. Gesch. XI, 301—318. Zu B vgl. namentlich Grauert, Die Herzogsgewalt in Westalen seit dem Sturze Heinrichs d. L. 1. Th.: Die Herzogsgewalt in den nordwestfriesischen Bistümern Münster, Osnabrück und Minden. Zu A u. B. Prutz a. a. O. III, 38—40, 65—68, 75—81 u. Exk. 1 u. 2; Nitzsch a. a. O. II, 302—305; Giesebrecht a. a. O. V, 903 f., 910 bis

(A) Proinde tam presentium quam futurorum imperii fidelium noverit universitas, qualiter Heinricus quondam dux Bawarie et Westfalie eo, quod ecclesiarum Dei et nobilium imperii libertatem, possessiones eorum occupando et iura ipsorum imminuendo, graviter oppresserit, ex instanti principum querimonia et nobilium plurimorum, quia citatione vocatus maiestati nostre presentari contempserit et pro hac contumacia principum et sue conditionis Suevorum [a] proscriptionis nostre inciderit sententiam, deinde quoniam in ecclesias Dei et principum et nobilium iura et libertatem grassari non destiterit, tam pro illorum iniuria quam pro multiplici contemptu nobis exhibito ac precipue pro evidenti reatu maiestatis sub feodali iure legitimo trino edicto ad nostram citatus audientiam eo, quod se absentasset nec aliquem pro se misisset responsalem, contumax iudicatus est ac proinde tam ducatus Bawarie quam Westfalie et Angarie quam etiam universa, que ab imperio tenuerit, beneficia per unanimem principum sententiam in sollempni curia Wirciburc celebrata ei abiudicata sunt nostroque iuri addicta et potestati.

(B) Nos itaque, habita cum principibus deliberatione, communi ipsorum consilio ducatum, qui dicitur Westfalie et Angarie, in duo divisimus et consideratione meritorum, quibus dilectus princeps noster Phylippus Coloniensis archiepiscopus ob honorem imperialis corone promovendum et manutenendum, nec rerum dispendie nec persone formidans pericula, gratie imperialis promeruit privilegium, u n a m p a r t e m, e a m v i d e l i c e t, q u e i n e p i s c o p a t u m C o l o n i e n s e m e t p e r t o t u m P a t h e b r u n n e n s e m e p i s c o p a t u m e x t e n d e b a t u r, cum omni iure et iurisdictione, videlicet cum comitatibus, cum advocatiis, cum conductibus, cum mansis, cum curtibus, cum beneficiis, cum ministerialibus, cum mancipiis et cum omnibus ad eundem ducatum pertinentibus, e c c l e s i e C o l o n i e n s i l e g i t i m e d o n a v i m u s et de imperatoria liberalitate contulimus et, requisita a principibus sententia, an id fieri liceat, adiudicata et communi principum et totius curie assensu approbata, accedente quoque publico consensu dilecti consanguinei nostri ducis Bernhardi, c u i r e l i q u a m

913, 918—920. Von früheren Arbeiten führe ich an: Gemeiner, Gesch. Bayerns unter Friedrich I. S. 343; Böttiger, Heinrich d. L. S. 336; Ludwig Giesebrecht, Wendische Geschichten III, 249 ff.; Cohn, Forsch. z. d. G. I, 330 Anm. 2 u. Gött. Gel. Anz. 1863, S. 468 ff.; Prutz, Heinrich d. L. S. 312; Fechner, Forsch. z. d. G. V, 489 ff. Noch sei bemerkt, dass für das 2. Heft des Jahrg. 1890 der Zeitschr. f. Geschichtswissenschaft v. Quidde eine Abhandlung von S c h e f f e r - B o i c h o r s t, Die Urkunde über die Teilung des Herzogtums Sachsen 1180, in Aussicht gestellt ist.

a) Gelenius und die nach ihm gefertigten Drucke lassen die Worte principum et sue conditionis Suevorum weg.

partem ducatus concessimus, prememoratum archiepiscopum Phylippum portione illa ducatus, sue collata ecclesie, vexillo imperiali solempniter investivimus.

Hanc igitur legitimam nostre maiestatis donationem et investituram Coloniensi ecclesie et sepedicto principi nostro Phylippo archiepiscopo omnibusque suis successoribus confirmamus et in omne posteritatis eorum eis ratam permanere volentes, ne quis eam ausu temerario infringere vel quomodolibet violare attemptaverit, imperiali edicto inhibemus et hanc nostram constitutionem, presente privilegio aurea excellentie nostre bulla insignito, corroboramus auctentice, testibus annotatis, qui huic facto interfuerunt. Sunt autem hii: Arnoldus Trevirensis archiepiscopus, Wicmanus Magdeburgensis archiepiscopus, Cuonradus Salisburgensis archiepiscopus, Sifridus Bremensis electus, Cuonradus Wormatiensis episcopus, Ruodulfus Leodiensis episcopus, Bertrammus Metensis episcopus, Arnoldus Osnaburgensis episcopus, Cuonradus abbas Fuldensis, Adolfus abbas Hersfeldensis, Lotarius prepositus Bunnensis, Ludewicus palatinus Saxonie et langravius Thuringie*), Bernhardus dux Westfalie et Angarie, Gotefridus dux Lotharingie, Fridericus dux Suevie, Otto marchio de Brandenburc, Teodericus marchio de Lusiz, Dedo comes de Groix, Sifridus comes de Orlamunde, Rubertus comes de Nassawe, Emicho comes de Liningen, Engelbertus comes de Monte, Teodericus comes de Hostade, Gerardus comes de Nuorberc, Henricus comes de Arnsberg, Hermannus comes de Hafsburg, Henricus comes de Kuc, Wernerus comes de Wittichinstein, Widdikindus de Waltecke, Fridericus de Anfurde, Hartmannus de Buotingin, Wernerus de Bonlande, Conradus pincerna, Heinricus marscalcus de Bappinheim, Sibodo de Groix camerarius, et alii quam plures.

Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Gotefridus imperialis aule cancellarius vice Cristiani Maguntine sedis archieposcopi et Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis mclxxx, indictione XIII, regnante Friderico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius XXIX, imperii vero XXVI, feliciter. Amen.

Datum in solempni curia Gelenhusin, in territorio Maguntino, Idibus Aprilis.

Zu A sind folgende Stellen aus den Scriptores zur Vergleichung heranzuziehen: Annales Pegavienses (M. G. SS. XVI, 262 f.) ad annum 1179: Imperator curiam in natali sancti Iohannis Baptistae (24. Juni) Magdaburch habuit,

---

*) Warum hat dieser seinen Platz vor den Herzögen?

ubi propter absentiam Heinrici ducis nichil determinari potuit . . . Postea curiam in Nuorinberch habuit, ad quam dux Heinricus secundo vocatus venire renuit. Tertiam curiam in Cuine eidem duci indixit, et non venit, statimque ab omnibus principibus expeditio contra ducem indicta est.—Ad annum 1180: Imperator post epifaniam (6. Januar) curiam habuit in Wirciburg, ad quam dux Heinricus vocatus non venit, et ideo ex sententia principum reus maiestatis adiudicatur. Preterea omnis hereditas eius et omnia beneficia, quae vel a regno vel ab episcopis possedit, eidem abiudicantur. De qua curia principes reversi, pacem composuerunt inter ipsos et ducem usque in octavam paschae. Imperator curiam habuit Geilinhusen ante pascha 14 noctes (13. April) . . . Ubi . . . Bernhardo comiti, fratri episcopi (Siegfried, Bischof von Brandenburg, Erzbischof von Bremen), ducatus Saxoniae ex omnium principum sententia adiudicatur circa orientalem partem fluminis Wisera; ducatum vero ad occidentalem plagam eiusdem fluminis in Westfalia Coloniensis episcopus optinuit . . . Expeditio usque ad festum sancti Jacobi omnibus principibus contra ducem Heinricum indicitur ab imperatore Friderico.

Arnold, Chronica Slavorum II, c. 10: In illo tempore Philippus Coloniensis cum multitudine gravi exiens de finibus suis, pervagatus est terram ducis (Heinrichs d. L.), devastans eam incendiis multis, et ita procedens usque Quernhamele (Hameln a. d. Weser), non adiecit ulterius progredi sicque reversus est in locum suum. Circa dies illos reversus est imperator de Ytalia, cui occurrit dux apud Spiram (11. Nov. 1178). Illatas sibi iniurias a domno Coloniensi conquestus est in presentia ipsius. Quod imperator tunc quidem dissimulans, eis curiam indixit apud Wormatiam (13. Jan. 1179), ducem tamen precipue ad audientiam citavit illuc, responsurum querimoniis principum. Quod intellegens dux, eo venire dissimulavit. Imperator autem aliam ei curiam indixit in Magdeburg, ubi Thidericus marchio de Landesberch duellum contra eum expetiit, imponens ei quasdam traditiones contra imperium factas. Verius tamen propter indignationem id factum fuisse creditur, quia Sclavi, exciti a duce, omnem terram illius, que Lusice dicitur, irrecuperabiliter vastaverant. Dux autem hoc animadvertens, venire noluit. In Haldeslef (Haldensleben a. d. Ohre) tamen constitutus, per internuncios colloquium domni imperatoris expetiit. Imperator itaque exivit ad eum ad locum placiti. Quem dux verbis compositis lenire studuit. Imperator autem quinque millia marcarum ab eo expetiit, hoc ei dans consilium, ut hunc honorem imperatorie maiestati deferret et sic ipso mediante gratiam principum, quos offenderat, inveniret. Illi autem durum visum est tantam persolvere pecuniam, et non acquiescens verbis imperatoris discessit. Exinde imperator tertiam ei curiam Goslarie prefixit, nec minus illam supersedendo neglexit. Imperator itaque procedens in concionem, sententiam adversus eum proposuit, quaerens, quid iustitia super hoc decernat, quod tertio legitime vocatus iudicium declinaverit et per contemptum ad audientiam suam venire noluerit. Cui ex sententia principum responsum est, quod dictante iustitia omni sit honore destituendus, ita ut proscriptione publica diiudicatus, et ducatu et omnibus beneficiis careat, et alter in locum eius consurgat. Confirmata igitur sententia, imperator adiudicavit fieri. Quartam tamen adhuc curiam rogatu principum ei indixit; ad quam cum non venisset, fecit, ut superius ex sententia principum instructus erat, et Bernhardum comitem de Anahalt pro eo ducem constituit et episcopis, ut sua reciperent, que in beneficio habuerat, mandavit et bona eius publicari precepit . . . Dux autem iniuste de se iudicatum esse affirmabat, dicens se de Suevia oriundum et nullum proscriptione dampnari posse, nisi convictum in terra nativitatis sue.

Annales Colon. max. ad annum 1179: (Imperator) curiam in octava epiphaniae Wormaciae habuit pro predicta dissensione Coloniensis episcopi et ducis et principum orientalium Saxonum, qui omnes iusticiam de duce a Cesare implorabant, cum ille tamen absens esset ... Curia apud Magedeburg satis celebris: Querimonia omnium pene principum ibi habita est de duce Saxonum, qui iam per annum ad audientiam vocatus venire aut noluit aut timuit, ibique fraus eius et perfidia primum imperatori detecta est. Nec multo post expedicio in Saxoniam ab imperatore et principibus collaudatur. — Ad annum 1180: In media quadragesima curiam apud Gelinhusin habuit. Ibi sententia ipsius Cesaris et iudicio cunctorum principum dux Saxoniae ducatu suo privatur, et assensu cunctorum episcopus Coloniensis in sua diocesi et per omnem Westfaliam et Angriam eidem ducatui preficitur; reliqua autem pars per omnem Saxoniam comiti Bernardo de Hanahalt obvenit.

Annales Erphesfurdenses (M. G. SS. XVI, 24 f.) ad annum 1180: Imperatore curiam suam circa epiphaniam Domini apud Wirceburc habente, Heinricus, Saxonum ac Noricorum hactenus ducatu potens et famosissimus inter regni primates, evidentibus indiciis Romani agnitus hostis imperii, presentiam sui regiae maiestati iam diu animose subtrahens, velut improbus multarum invasor ecclesiarum et violentus ubique oppressor Christi pauperum ex sententia imperatoris et unanimi consensu episcoporum seu principum suis omnibus abdicatus, cunctis persequendus proscribitur, et Saxoniae ducatus eidem secundum censuram presencium ablatus, Bernhardo comiti in presentia solemniter addicitur. (Der Bericht basiert wahrscheinlich auf unserer Urkunde.)

Annales Magdeburgenses (M. G. SS. XVI, 194) ad annum 1180: Dux Heinricus ab imperatore ad curiam Wirciburc vocatus et venire contempnens, ex sententia principum reus maiestatis et privari beneficiis adiudicatur; cui Bernhardus comes in ducatu Saxonie substituitur.

Chronicon Magni Presbyteri ad annum 1180 (M. G. SS. XVII, 506): Imperator curiam celebravit Ratispone 3. Kal. Julii . . . Principes quoque Saxoniae multas graves querimonias adversus eundem ducem ibi deposuerunt. Tamen communi sententia principum adiudicatum est, eum debere removeri, quandoquidem ad iustam responsionem vocatus non venerit.

Continuatio Sanblasiana (M. G. SS. XX, 316) ad annum 1177: (Imperator) memor contemptus a duce Heinrico apud Clavennam sibi exhibiti, in ipsum vehementissime exarsit et, quod Italicis hostibus reipublico contra imperium faveret, universis principibus conqueritur. Dataque ei curia apud Ulmam ipsum ad iudicium subeundum imperiali more citavit. Quo non veniente, curiam sibi secundam Ratispone prefixit; quam parvi pendens, tertiam nichilo minus apud Herbipolim sibi datam supersedit ibique sententia principum ducatu Norico cum Saxonico et omni prediorum et beneficiorum possessione, feodali pena multatus, privatur.

Chronicon Montis Sereni (M. G. SS. XXIII, 157) ad annum 1180: Imperator in octava epiphanie Herbipolis curiam celebravit, ad quam Heinricus dux tercio vocatus venire rennuit. Quamobrem ex sententia omnium principum reus maiestatis dampnatus est omnisque ei hereditaria proprietas et beneficiaria possessio abiudicata est. Horum vero malorum causa fuit duci superbia ipsius. (Wird die Verweigerung der Reichsheerfahrt erzählt u. nach Partenkirchen verlegt). Quod factum imperatoris ei odium acquisivit, et utrum iuste an iniuste, lector iudicet. Preter hec autem inductu eius Sclavi provinciam Tiderici marchionis ingressi, usque Lubin omnia vastaverunt . . . Huius itaque vulneris dolore marchio stimulatus, ducem, tamquam qui contra

imperatorem coniurasset, ad duellum coram imperatore sepius provocabat, sed ille male sibi conscius, imperatoris presenciam declinabat.

Chronicon Urspergense (M. G. SS. XXIII, 296): In hac obsidione (Alessandrias!) imperator non profecit; nam dux Heinricus de Saxonia, nepos suus, perfide ab eo recessit, sumpta occasione de excommunicatione et forte accepta pecunia . . . (Folgt die Erzählung von der bekannten Zusammenkunft Friedrichs u. Heinrichs d. L., welche das Chronicon an den Comersee verlegt). Tandem veniens in Alamanniam prefatum ducem de traditione et crimine laesae maiestatis impetivit. Dux siquidem ipsum preveniens in Suevia fecerat conspirationem contra imperatorem et precipue cum Zolrensibus et Veringensibus et quibusdam aliis comitibus. Ast imperator ipsum ducem frequenter evocat ad curiam, ad obiecta responsurum. Ubi quidam principes et barones, fautores ducis, more Teutonicorum, qui sine lege et ratione voluntatem suam pro iure statuentes, contra imperatorem hoc ius tenere volebant, ut imperator ducem condempnare non posset vel terras suas abiudicare, nisi infra terras ducis placitum statueret. Porro quidam nobilis exurgens in medium proposuit, quod lege duellionum, quod et lege et ratione firmatur, hoc vellet obtinere contra quemlibet secum pugnare volentem, quod imperator quemlibet principem posset evocare pro iustitia ad locum, quemcunque vellet, infra terminos sui imperii existentem. Cumque nullus isti se offerret ad pugnam, edicto imperatoris prefata sententia pro iure perpetuo statuta est, quam non dubium est auctoritate et ratione firmari. Cumque imperator prefato duci abiudicasset ducatus suos et alia bona, singula concessit his, quibus apta erant ad retinendum. Sicque factum est, ut ducatum Noricum concederet Ottoni palatino de Witelinspach . . . Ducatum vero Saxoniae contulit cuidam nobili Bernhardo de Anhalde.

Repgowsche Chronik ed. Massmann S. 426 f.: Marcgraefe Dideric van Landesberg sprac up en kamplike, dur dat de Wenede hadden gebrant de marke to Lusiz mittes hertogen rade . . . De keiser legede den hertogen hof na hofe, up it leste, do he nicht vore ne quam, do dede ene de keiser to achte dur des marcgrafen Diderikes klage. In der achte belef he iar unde dach: darumme wart eme vordelet echt unde recht, egene unde len, dat len al sinen herren ledich, dat egen an de koningliken walt.

Annales Marbacenses (M. G. SS. XVII, 161): Causa belli huius hec fuit. Imperatore aliquando in Italia manente nec copiam . . . habente, auxilium Heinrici ducis imploravit. Qui . . . non aliter imperio amminiculari posse respondit, nisi Goslarie opidum in beneficium sibi daretur. Hiis et aliis causis imperator nimium exacerbatus, bellum Heinrico duci indici iubet.

Gislebert v. Hasnon (M. G. SS. XXI, 517): Hiis autem (verweigerte Heerfahrt!) et aliis iniuriis coadunatis, dominus imperator illum in causam trahens, terram suam cum honore ei fecit abiudicari.

Gottfried v. Viterbo, Gesta Frid. c. 43:

Dicitur Henricus, dum Cesaris esset amicus,
Federis oblitus Greco sociatus iniquo,
Ledat ut imperium Romuleosque situs.
Grecus amicus ei scelus hoc scelerosus adegit,
Spreta lege Dei plenusque dolo Farisei;
Cesaris ense mei pena paratur ei.
Hec ubi prospexit Cesar, non crimina texit,
Ultio surrexit, subitanea bella capescit.

(Vgl. Schreiben Friedrichs an Kaiser Manuel nr. XLVIII!)

Gesta Heinrici II. (SS. rer. Brit. ed. Stubbs I, 249): Interim Fredericus imperator, magno congregato exercitu, hostiliter intravit in terram Henrici ducis Saxo-

niae, nepotis sui, et castella et munitiones obsedit, infregit et cepit, eo quod praedictus dux noluit in curiam suam venire et stare recte super iis, quae adversus eum loqueretur. Dicebat enim imperator ille, quod per defectum ducis amiserat Longobardiam, quia non permisit, quod exercitus sui eum sequerentur. Praeterea imperator ipse dicebat, quod idem dux profectus fuerat ad Manuelem imperatorem Constantinopolitanum in detrimentum ipsius et imperii Romani. Et in multis accusabat eum de fide laesa et periurio . . . Postulavit iudicium curiae suae de duce; qui cum accusatus esset de laesione maiestatis Romani imperii, in curiam suam venire et iudicio curiae stare noluit. Et iudicatum est ab universis curiae, ipsum ducem exheredandum sine aliqua misericordia.

Zu B sind ausser den bereits unter A angeführten Stellen aus den Annales Colon. Max. und den Annales Pegavienses folgende Quellenstellen heranzuziehen:

Caesarius v. Heisterbach, Catalogus archiepiscoporum Coloniensium (Böhmer, Fontes II, 278): (Henricus) ab imperatore Friderico . . . tribus ducatibus (sc. Saxonie, Bawarie atque Westphalie) . . . sibi abiudicatis iussus est exulare. Ducatum vero Westphalie dominus Philippus sue ecclesie obtinuit.

Annales Stadenses ad annum 1180 (M. G. SS. XVI, 349): Bernardus comes de Anehalt suscepit ducatum Saxonie, et Philippus Colonie ducatum Westphalie.

Urkunde vom 30. Mai 1260 über eine „federis ordinatio" zwischen dem Erzbischofe Konrad v. Köln, dem Abte Thiemo v. Korvei und dem Herzog Albert v. Braunschweig (Lacomblet, Niederrhein. Urkundenbuch II, nr. 489): Nec dux (Albert v. Braunschweig) nec fratres sui facient trans aquam prefatam infra duo miliaria proxima extra ducatum Westfalie versus Hassiam nec infra ducatum eiusdem Westfalie nec infra Myndensem et Osnaburgensem diocesim castra aliqua, civitates nec opida nec emptione aliqua comparabunt.

Urkunde vom Jahre 1298 über einen von dem Erzbischofe Wicbold v. Köln, dem Bischofe Eberhard v. Münster, dem Grafen Eberhard v. d. Mark und den Städten Münster, Soest u. Dortmund abgeschlossenen westfälischen Landfrieden (Seibertz, Urkundenbuch I, nr. 473): Ad pacis obvervacionem... nos ad invicem astrinximus . . . infra terminos ducatus Westfalie et dyoceseos ac dominii Monasteriensis ad quinquennium durature.

Urkunde vom Jahre 1319 über einen von dem Erzbischofe Heinrich von Köln, den Bischöfen Ludwig v. Münster und Engelbert v. Osnabrück, den Städten Münster, Osnabrück, Soest und Dortmund errichteten Landfrieden (Fahne, Gesch. v. Dortmund II, Abt. 1, nr. 80). Hier erklärt der Erzbischof seinen Marschall v. Westfalen, den Grafen Ruprecht v. Virnenburg an seiner Statt zum Bewahrer des Landfriedens „so dat he eyn huedere unde eyn bescermere sy of dessit der Lippe des vredes in unseme hertogrike". Der in die Urkunde inserierte darauf bezügliche Revers des Grafen schliesst mit den Worten: Vortmer so sal de vorgenante biscop Lodewich van Monstere dey selven gewalt unde macht hebben, dey wi greve Roprecht van Virneborch hebbent in deme hertochrike unses heren des erchebiscop Hinrichs van Colne, hebben in syme hertochrike unde in deme stichte van Osenbruegge.

Urkunde Herzog Bernhards vom Jahre 1197 für das Kloster Loccum in der Diözese Minden (Hodenberg, Calenberger Urkundenbuch Abt. 3, Heft 1, nr. 27) beginnt also: Sicut decet magnificentiam dignitatis nostre, patrocinium debemus impendere omnibus constitutis in nostri

regiminis iurisdictione, maxime autem ecclesiis dei et vitam religiosam professis.

Urkunde vom 7. September 1366 (Stammtafeln u. Nachrichten von dem Geschlechte der Bar, Urk. nr. 40). Hier erklärt der Vertreter des Stiftsverwesers v. Osnabrück in einer Streitsache mit dem Propst v. S. Johann in Osnabrück: „quod propter hoc vellet venire Lusteringhen super certum communale godinghum vel in loco civitatis Tremonie, qui Halle nuncupatur, aut coram illustri principe duce Saxonie."

Urkunde Herzog Alberts vom Jahre 1292/93 (Grauert a. a. O. Beilage 1): Albertus dei gratia Saxonie, Angarie, Westfalie dux . . . recognoscimus, . . . quod nobili viro domino de Difholt iudicium nostrum in partibus Westfalie ... commisimus, ratum ac firmum habituri, quicquid per eundem dominum de Difholt in dictis terminis nostris est aut fuerit iudicatum.

Schreiben des Edeln v. Diepholz an den Herzog v. Sachsen v. J. 1209 (Beilage 2): De vestro iussu et potestate simul et reverendi patris ac domini nostri sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi nobis iudicium assumentibus in causa, que inter nobilem virum O. comitem de Ravensberge (in der Diözese Paderborn und Osnabrück begütert) ex una parte et advocatum de Monte (Diözese Minden) ex altera vertitur.

Weiland übersetzt die Worte: „pro hac contumacia principum et sue conditionis Suevorum" mit „durch solche hartnäckige Weigerung den Fürsten, selbst denen seiner Herkunft, den schwäbischen, gegenüber", er bezieht die Worte „sub feodali iure legitimo" lediglich auf die Strafe, er übersetzt die Worte: „contumax iudicatus est" mit „er ist verurteilt worden und zwar in contumaciam", nach ihm bildet der Participialsatz „trino edicto ad nostram citatus audientiam" zusammen mit dem Kausalsatz „eo, quod se absentasset nec aliquem pro se misisset responsalem" die Erläuterung für das Contumacialverfahren und bezeichnet ein und denselben Vorgang, wie das frühere „citatione vocatus", will aber keineswegs sagen, dass der Herzog nach der Ächtung neuerdings dreimal vorgeladen worden sei. Bei der Bestimmung der drei, beziehungsweise vier Citationstermine folgt Weiland ausschliesslich den Annales Pegavienses und nimmt also als ersten Citationstermin an den Reichstag zu Magdeburg um Johanni (24. Juni) 1179, als zweiten einen Tag zu Nürnberg, als dritten einen Tag zu Kaina (kaiserliche Pfalz zw. Altenburg u. Zeitz) um den 17. August 1179, als vierten den Reichstag zu Würzburg nach Epiphanias, in der Mitte des Januar 1180. Nach ihm ist zu Kaina die Ächtung erfolgt; diese war jedoch, wie jede Verfestigung nach dreimaliger Versäumnis der gerichtlichen Vorladung, keine eigentliche Strafe, sondern hatte zunächst nur den Zweck, den rechtverweigernden Angeklagten zu zwingen, sich dem Gerichte zu stellen. Erst in Würzburg erfolgte die definitive Verurteilung, erst hier wurde Heinrich für sachfällig, d. i. der ihm zur Last gelegten Vergehen infolge seines Nichterscheinens für überführt erklärt. Den wichtigsten Punkt der Anklage bildete der reatus maiestatis; hierunter versteht Weiland das Nichtleisten der Reichskriegshilfe im Jahre 1176. Dieses ist allerdings ein landrechtliches Vergehen und zieht nicht bloss den Verlust der Reichslehen, sondern auch den der Allodien und die Landesverweisung nach sich. Indes zur Aburteilung der Reichslehen bedurfte es nach ihm des Spruches eines Lehensgerichtes. Wenn aber die Urkunde nur der durch das Lehensgericht verhängten Strafe Erwähnung thut, so erklärt sich dies Weiland einmal daraus, dass diese den empfindlichsten Teil der Strafe überhaupt ausmacht, andererseits daraus, dass die Urkunde lediglich die Berechtigung zur Verteilung des einen der grossen Reichslehen erweisen

will. Die Nachricht Arnolds über die Zusammenkunft in Haldensleben verwirft er.

Nach Waitz muss man „qualiter Heinricus . . . iudicatus est“, nicht „qualiter Heinricus . . . inciderit“ verbinden, gehören die vier Coniunctive „oppresserit, contempserit, inciderit, destiterit“ dreien einander coordinierten Sätzen an, nach ihm sind die Worte „ex instanti principum querimonia et nobilium plurimorum“ nicht mit dem folgenden Kausalsatz zu verbinden, „sondern sie enthalten das Moment, welches zwischen der Beleidigung der Fürsten und dem Nichterscheinen in der Mitte lag, was zugleich Grund alles Folgenden war und auch zu diesem mitgehörte und wohl deshalb nicht in einem Zwischensatz eingeschoben ist.“ Nach ihm sind die Genitive „principum et sue conditionis Suevorum“ nicht mit contumacia zu verbinden, sondern ist nach diesen Genitiven ein regierendes Substantiv, wie etwa iudicio ausgefallen. Arnold v. Lübeck folgend, nimmt er als ersten Citationstermin den Reichstag zu Worms (Januar 1179), als zweiten den Reichstag zu Magdeburg an. Was Arnold von dem Reichstag zu Goslar erzählt, ist allerdings nach Kaina zu verlegen; der sonstige Bericht aber ist im wesentlichen richtig. In Kaina ist in der That bereits ein vollständiges Urteil gefällt worden, nur das Inkrafttreten desselben wurde auf einen neuen Tag verschoben. „Man hat dem Herzog nicht „wie sonst oder wenigstens später, bei Achtsurteilen die Regel war und die Sachsenchronik es annimmt, die Frist von Jahr und Tag gelassen, um sich von den Folgen der Acht zu befreien; aber man hat sie auch nicht gleich eintreten lassen, sondern ihm einen neuen Termin gesetzt . . . und da er auch da . . . nicht erschien, allerdings durch ein neues Urteil über den contumax das verhängt, was eben bei Nichtaufhebung der Acht einzutreten hatte. Dieses Verfahren erscheint nach der Darstellung Arnolds als eine Begünstigung Heinrichs, vielleicht weil er als „reus maiestatis“ keinen Anspruch auf jene Frist von Jahr und Tag nach der Acht hatte.“ Die Worte „sub feodali iure legitimo“ bezicht Waitz nicht, wie Weiland, lediglich auf die Strafe, beziehungsweise einen Teil der Strafe, nämlich den Verlust der Reichslehen, sondern nach Waitz hat jener Zusatz seinen Grund in der Verquickung lehenrechtlicher und landrechtlicher Elemente bei der Strafe wie bei dem Verfahren; „man berief sich auf das Lehenrecht als Fundament der ganzen Verurteilung, ohne sich wahrscheinlich selbst klar zu machen, wie weit dies die entscheidenden Normen an die Hand gab.“ Die von Heinrich d. L. verweigerte Reichshilfe war nach Waitz allerdings Anlass zur Annahme der Klage seitens des Kaisers, nicht aber Gegenstand der Anklage selber; er erblickt, gestützt auf die Gesta Henrici II., auf Arnold v. Lübeck, Gottfried v. Viterbo, Magnus v. Reichersberg und das Chronicon Montis Sereni, in dem reatus maiestatis verräterisches Einverständnis mit den Feinden des Reiches.

Ficker bezweifelt zwar nicht, dass eine Verurteilung wegen Hochverrats stattgefunden hat, bestreitet aber, dass man aus unserer Urkunde eine solche entnehmen könne. Er bezieht nämlich den Präpositionalausdruck „pro evidenti reatu maiestatis“ lediglich zu citatus, es ist also nach ihm in der Urkunde nicht von einer Verurteilung, sondern von einer Ladung wegen Hochverrats die Rede. „Contumax iudicatus est“ ist nicht mit „er ist wegen Ungehorsams verurteilt worden“, sondern mit „er ist für ungehorsam erklärt worden“ zu übersetzen. Das Verfahren, welches unsere Urkunde im Auge hat, ist ein rein lehensrechtliches; nach dem Lehensrecht hat, sobald die Ladung unter ausdrücklicher Berufung auf die schuldige Lehenstreue erfolgt ist, der Ungehorsam gegen jene endgiltigen Verlust der Lehen zur Folge. Zwar hat die Friedloserklärung oder die Oberacht, welche nach Ficker ohne Zweifel in Würzburg erfolgt ist, allein schon den

Verlust nicht bloss der Lehen, sondern auch der Allodien zur Folge. Wenn aber überdies der Ungehorsam gegen die lehensrechtliche Ladung durch lehensgerichtliches Urteil festgestellt und die hiefür übliche lehensrechtliche Strafe, die Aburteilung der Reichslehen, verhängt wird, so hat dies nach Ficker darin seinen Grund, dass der Einwand Heinrichs d. L., nur in Schwaben gerichtet werden zu können, im Landrecht schwerlich ohne alle Begründung war und dass die Berufung auf diesen Einwand bei einer etwaigen späteren Aussöhnung zwischen Kaiser und Herzog Unterstützung finden konnte. Die Fürsten wollten also Vorsorge treffen zu Gunsten derer, welche Rechtsnachfolger des Herzogs in den ihm abgesprochenen Reichslehen wurden; „man ist zwar bei dem Hauptturteil ohne Rücksicht auf den erhobenen Einwand vorgegangen, hat aber zugleich Vorsorge getroffen, ihn jedenfalls da auszuschliessen, wo das am wichtigsten schien und wo man insbesondere auch ein Mittel dazu hatte, nämlich bei der Aburteilung der Reichslehen." Noch sei bemerkt, dass das bei reatus stehende Adjectiv „evidens" nach Ficker hervorheben wolle, die Beschuldigung des Hochverrats, wegen welcher der Herzog geladen sei, stehe nicht auf schwachen Füssen.

Prutz nimmt, den Pegauer Annalen folgend, als Citationstermine die Reichstage zu Worms, Magdeburg und Kaina an. Im Gegensatz zu Weiland behauptet er, in Kaina habe keine, auch keine vorläufige Urteilsfällung stattgefunden, dagegen sei in Würzburg über Heinrich nicht die einfache, sondern die verschärfte Acht, die Friedlosigkeit verhängt worden. Der Ausdruck „reatus maiestatis" will nach ihm die gegen Heinrich vorher vorgebrachten einzelnen Klagepunkte, darunter insbesondere das Nichterscheinen auf den Gerichtstagen, unter eine ihnen gebührende Kategorie von Vergehungen subsummieren. Auch Giesebrecht folgt in der Bestimmung des ersten und dritten Gerichtstages den Pegauer Annalen, in der Angabe Nürnbergs als zweitenGerichtstag vermutet er jedoch einen Schreibfehler aus Naumburg oder Neuenburg a. d. Unstrut. Nach ihm haben zwar in Kaina die Fürsten geurteilt, dass Heinrich der Acht verfallen sei und sein Eigentum und seine Lehen zu verlieren habe, der Kaiser aber die Acht noch nicht verkündet, sondern dem Herzog einen 4. Gerichtstag anberaumt. In Würzburg wird dann die Acht wirklich verhängt, werden dem Herzog Eigengüter und Lehen abgesprochen; die Aberkennung der Reichslehen erfolgt nach Lehensrecht wegen wiederholter Nichtachtung kaiserlicher Vorladung. Nach Nitzsch wird der Prozess auf Grund einer Hochverratsklage eröffnet, im Laufe des Prozesses aber ein zweites lehensrechtliches Verfahren wegen Ungehorsams gegen den obersten Lehensherrn eingeleitet und erfolgt die letzte Entscheidung wesentlich auf Grund eben dieses Verfahrens. Die Zusammenkunft in Haldersleben halten Prutz, Giesebrecht und Nitzsch für glaubwürdig.

Meines Erachtens wurde der Process gegen Heinrich eingeleitet wegen Landfriedensbruches, im Laufe des Processes aber, sei es auf dem ersten oder dem zweiten Gerichtstage, die weitere Anklage des verräterischen Einverständnisses mit den Feinden gegen ihn erhoben (vgl. namentlich nr. XLVIII!), die Massregelung indes erfolgte lediglich, weil er, des Landfriedensbruches angeklagt und dreimal vorgeladen, sich nicht gestellt hatte; sie bestand in der Achtserklärung. Diese pflegte vom Gerichtshofe verhängt, vom Kaiser verkündet zu werden (s. Artikel 14 des rheinfränkischen Landfriedens!); sie hatte schon damals erst nach Jahr und Tag Rechtswirkung, zog erst nach Verlauf dieser Frist Verlust von Eigen und Lehen nach sich (s. Artikel 16 des rheinfränkischen Landfriedens!) In unserem Falle wurde die landrechtliche Strafe der Acht von den Fürsten bereits in Kaina ausgesprochen, vom Kaiser aber erst in Würzburg, nach Gewährung eines vierten Gerichtstermines, verkündet. Zugleich wurde hier die Massregelung verschärft. Da

nämlich, wie gesagt, die Acht erst nach Jahr und Tag Rechtswirkung bekam, der Kaiser und die Fürsten aber Gründe genug hatten, den Herzog nicht so lange im Besitze der grossen Reichslehen zu belassen, so constituierte sich in Würzburg ein Lehensgericht, wurden dem Herzog auf Grund eines lehensrechtlichen Spruches die Reichslehen sofort abgesprochen. Diesen lehensrechtlichen Spruch zu motivieren, ist der einzige Zweck der ersten Hälfte der Narratio (A). Dabei war es notwendig, der dem lehensrechtlichen Spruche vorausgehenden landrechtlichen Strafe der Acht Erwähnung zu thun; erst mit deinde beginnt die spezielle Motivierung für die lehensrechtliche Strafe: 1. Fortsetzung des Landfriedensbruches, 2. Schwere der Anklage (Landfriedensbruch und Hochverrat; ich beziehe „pro evidenti reatu maiestatis" mit Ficker zu citatus), 3. Nichterscheinen trotz dreimaliger Vorladung nach Lehensrecht. Letzteres ist das ausschlaggebende Moment für die landrechtliche wie für die lehensrechtliche Massregelung, wird daher zweimal erwähnt.

Was die Teilung des Herzogtums Sachsen betrifft, so haben die einen unter dem „episcopatus Coloniensis" die Erzdiözese Köln verstanden und den im Jahre 1180 dem Erzbischofe von Köln verliehenen Dukat auch auf die Bistümer Minden, Osnabrück und Münster ausgedehnt; sie stützten sich dabei vornehmlich auf die oben citierten Stellen aus den Scriptores. Die anderen verstanden unter dem „episcopatus Coloniensis" die engere Diözese Köln und liessen den Kölner Dukat nur über den westfälischen Anteil der Kölner Diözese südlich von der Lippe und den Paderborner Sprengel sich erstrecken. Die übrigen Gebiete Westfalens, also die Bistümer Minden, Osnabrück und Münster, haben von den Vertretern der letzteren Ansicht die einen im Jahre 1180 dem Herzoge Bernhard von Anhalt überweisen, die andern in diesem Jahre gar nicht zur Teilung kommen, sondern der Herzogsgewalt des Sprengelbischofes unterstellt sein lassen.

Grauert nun hat in der citierten Schrift schwer wiegende Gründe dafür geltend gemacht, dass Friedrich Barbarossa im Jahre 1180 den kölnischen Dukat nicht über ganz Westfalen ausdehnte, sondern nur über das Land südlich der Lippe, also den bischöflichen Sprengel von Köln und den von Paderborn, die Diözesen Münster, Osnabrück und Minden aber zum Herzogtum Bernhards von Anhalt schlug. Er hat nämlich auf Grund der oben citierten und einiger anderer Urkunden dargethan, dass die Erzbischöfe von Köln selber die Diözesen Minden, Osnabrück und Münster urkundlich als ausserhalb ihres Dukates liegend bezeugen, dass in diesen Sprengeln Herzog Bernhard und seine Nachfolger thatsächlich herzogliche Rechte geübt, dass sie hier namentlich auch als Grundlage für ihr westfälisches Herzogtum Güter und Grafschaften besessen haben. Die Zeugnisse der Scriptores beweisen ihm nur, „dass nach der Vorstellung der betreffenden Berichterstatter das Kölnische Herzogtum sich durch ganz Westfalen erstrecken sollte"; „die Nachricht, dass dem Erzbischofe von Köln der ducatus Westfalie et Angarie zugefallen sei, konnte leicht zu dem Irrtum verleiten, dass damit eben ganz Westfalen gemeint sei." Allerdings ist der askanische Dukat in Westfalen auf dem Wege thatsächlicher Entwickelung immer mehr beschränkt worden, zunächst durch Münster, welches seit der zweiten Hälfte des 13. Jahrhunderts selbst im Besitze der Herzogsgewalt innerhalb seines Sprengels erscheint, seit der Mitte des 14. Jahrhunderts aber namentlich durch Köln, das durch seine Statthalterschaft über die Vehmgerichte auch im nördlichen Westfalen immer mehr Boden gewann, so dass schliesslich selbst die kaiserliche Kanzlei den kölnischen Dukat über ganz Westfalen als nach Recht bestehend anerkannte.

LI. Friede von Konstanz 1183.*)

a) Kaiserliche, von den Lombarden amendierte Vorlage.

(Responsum.)*)

In Christi nomine.

*) Die Reihenfolge einiger weniger Artikel im Responsum und in der Concessio weicht von der in der Friedensurkunde ab. Jene ist ersichtlich aus den eingeklammerten Ziffern.

b) Friedensentwurf.

(Concessio ex parte imperatoris.)*)

In nomine domini nostri Jesu Christi.

*) Das Plus sowie inhaltliche Verschiedenheiten der Concessio gegenüber dem Responsum sind durch Fettdruck gekennzeichnet.

c) Friedensurkunde.

(Pax Constantiae.)*)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fridericus, divina

*) Muratori gibt diese Urkunde „ex codd. Mutinensi, Estensi, Regiensi, Brixiensi, apogropho Sanctae Juliae Brixiensis et Romano", Canciani, Barbarorum leges antiquae V, 48 nach einem Codex Dolleonius, Würdtwein, Subsidia diplomatica XII, nach dem sehr fehlerhaften Cod. Vat. nr. 1989, Savioli, Ann. Bolognesi II, 133 hat sie aus dem Kommunalregister von Bologna publiziert. Pertz hat seiner Ausgabe die Edition von Muratori zu Grunde gelegt, die anderen erwähnten Editionen verglichen. Vignati endlich veröffentlichte die Urkunde nach dem Liber iurium Laudensis. Ich gebe den Text der Urkunde hauptsächlich nach Pertz und füge in den Anmerkungen die bedeutenderen Varianten an.

*) Ende des Jahres 1182 begannen die Verhandlungen zwischen den Bevollmächtigten des Kaisers, Bischof Wilhelm von Asti, Markgraf Heinrich Guercia v. Savona, Bruder Dietrich v. Silva Benedicta einerseits, den Rektoren und anderen Bevollmächtigten des Lombardenbundes andererseits mit vorläufiger Aufzeichnung der beiderseitigen Forderungen und Zugeständnisse. Auf Grund dieser Aufzeichnungen wurde dann in Gegenwart des Kaisers, wahrscheinlich in Nürnberg, ein Vertragsentwurf zu stande gebracht. Von hier begab sich der Reichsministeriale Rudolf v. Siebeneichen zu den genannten kaiserlichen Unterhändlern nach Italien; in Piacenza wurden die Friedensbestimmungen endgiltig vereinbart und am 30. April 1183 von beiden Seiten beschworen. Am 25. Juni 1183 wurde auf einem hiezu berufenen Reichstage zu Konstanz der Friede feierlich vollzogen. Als Quellen für diesen Frieden dienen: 1. Das

favente clementia Romanorum imperator et semper augustus, et Heinricus sextus, filius eius, Romanorum rex et semper augustus. Imperialis clementiae mansueta serenitas eam semper in subditis suis dispensationem favoris et gratiae habere consuevit, ut, quamvis districta severitate excessuum delicta debeat et possit corrigere, magis tamen studeat propitia tranquillitate pacis et piis affectibus misericordiae Romanum

Beglaubigungsschreiben (Potestas imperatoris) für die kaiserlichen Bevollmächtigten (M. G. legg. II, 167; Vignati, Storia diplomatica della lega Lombarda pag. 344 f.); 2. Das sogenannte Responsum ex parte imperatoris ad petitionem societatis (Muratori, Antiquitates Italiae IV, 295 ff. [aus dem Communalregister von Modona]; M. G. legg. II, 167—169; Vignati pag. 352 357); 3. Die Concessio ex parte imperatoris (Muratori, Ant. It. IV, 301 ff. [aus dem Communalregister von Modena]; M. G. legg. II, 171—174; Vignati pag. 359—368); 4. Das Protokoll über die Eidesleistung der beiderseitigen Bevollmächtigten (Sacramenta pacis) vom 30. April 1183 (M. G. legg. II, 174 f.; Vignati pag. 370-372); 5. Der Eid der Rektoren („Qualiter sacramentum a rectoribus Lombardiae et Marchiae fuit factum de concordia inter se firma tenere") vom 1. Mai 1183 (Vignati pag. 374 f.) 6. Die Friedensurkunde (Pax Constantiae) vom 25. Juni 1183 (Muratori, Ant. It. IV, 307 ff.; M. G. legg. II, 175-180; Vignati pag. 385—396). 7. Eid der Konsuln und Rektoren der lombardischen Bundesstädte (Iuramentum nuntiorum societatis Lombardiae) zu Konstanz (M. G. legg. II, 180; Vignati pag. 398). Die Besucher des Konstanzer Reichstages lernt man kennen aus den Zeugenverzeichnissen der Urkunden Stumpf nrr. 4359—4365. Einige dürftige Nachrichten finden sich auch bei folgenden Scriptores; Notae S. Georgii Mediol. (M. G. SS. XVIII, 387), Annales Mediol. breves (ibidem XVIII, 390), Annales Mediol. minores (ibidem XVIII, 396), Annales Placentini Guelfi (ibidem XVIII, 415), Chronicon Ursperg. (ibidem XXIII, 358), Continuatio Sanblasiana c. 27. Ich habe die unter nrr. 2, 3 u. 6 angeführten Urkunden in meine Sammlung aufgenommen. Von Bearbeitungen sind ausser dem älteren Buche Carlinis, De pace Constantiana namentlich zu benützen Ficker, Zur Gesch. des Lombardenbundes II, Wiener Sitzungsberichte LX, 327—350 u. Prutz a. a. O. III, 140—164, 367-381. Vgl. auch Nitzsch a. a. O. II, 307—309; über die Mitwirkung u. Zustimmung der Stände bei derartigen Friedensschlüssen Wacker, Der Reichstag a. a. O. S. 68. Ficker

imperium regere et rebellium insolentiam ad debitam fidem et debitae devotionis obsequium revocare. Ea propter cognoscat universitas fidelium imperii tam praesentis aetatis quam successurae posteritatis, quod nos solita benignitatis nostrae gratia ad fidem et devotionem Lombardorum,

---

hat aus dem Schwanken der Fassung, dem Wechsel zwischen erster und zweiter Person einerseits, der dritten andererseits, sowie aus dem Vergleiche mit der Concessio und der Pax Constantiae den Nachweis erbracht, dass das Responsum nicht eine kaiserliche Antwort auf lombardische Forderungen ist, sondern eine Rückäusserung der lombardischen Bevollmächtigten auf die von den kaiserlichen Unterhändlern überbrachten Vorschläge, eine von den Lombarden amendierte kaiserliche Vorlage. Alle den Lombarden günstigen Bestimmungen des Responsum, welche in der Concessio und in der Pax sich nicht finden, haben in der den Lombarden überreichten kaiserlichen Vorlage gefehlt, gehören also zweifellos zu jenen lombardischen Amendements. Ich habe dieselben durch Fettdruck äusserlich gekennzeichnet. Es können nach Ficker dahin aber auch alle diejenigen Artikel des Responsum zu reihen sein, in welchen von beiden Parteien nur in der dritten Person die Rede ist. Auf letzterem Hinweis fussend hat Prutz die Überarbeitung der kaiserlichen Vorlage durch die Lombarden weiter zu bestimmen versucht. Da indes dem Responsum wahrscheinlich mehrere Vorschläge von beiden Seiten vorausgegangen sind, jene letztgenannten Artikel also bereits vor der Concessio vom Kaiser zugestanden sein können, habe ich davon keinen Gebrauch gemacht. Prutz hat ferner den Friedensvertrag zwischen dem Kaiser und Tortona vom 4. Februar 1183 und das Protokoll über die Begnadigung des in Caesarea umgetauften Alessandria vom 13. März 1183 (M. G. legg. II, 165 f. u. 181 f.) als Anhalt benützt zur chronologischen Bestimmung des Responsum u. der Concessio. Nach ihm können nämlich Artikel 24 und die den Besitzstand des Markgrafen Opizo Malaspina betreffenden Forderungen in Artikel 26 des Responsum nur gestellt sein vor den beiden erwähnten Verträgen, das Responsum ist also vor den 4. Februar zu setzen; die Concessio aber gehört, da sie Alessandrias gar nicht mehr Erwähnung thut, nach dem 13. März 1183. — Aus dem Vergleiche des Responsum mit der Concessio ergibt sich, dass das, was der Kaiser schliesslich gewährte, ausserordentlich weit hinter dem zurückblieb, was die Lombarden verlangten, dass also die mit dem Konstanzer Frieden abschliessenden Verhandlungen keineswegs zum Vorteil der Lombarden geendigt haben. Zu einer richtigen Beurteilung unserer Aktenstücke empfiehlt sich auch ein Vergleich mit dem Schiedsspruch der Konsuln von Kremona vom Jahre 1175.

[1.] Super questione regalium sic respondemus. Facta vobis civitatibus societatis et personis concessione regalium et consuetudinum vestrarum in perpetuum, tam in civitate quam extra civitatem, videlicet ut in ipsa civitate **et suburbiis seu cohaerentibus edificiis, veluti** [a]) **in castro Veronae et Brixiae,** omnia in integrum habeatis, sicut hactenus habuistis vel habetis **per commune et**

a) Prutz vermutet videlicet.

[1.] Dominus imperator Fredericus et filius eius Henricus concedent vobis, civitatibus, locis et personis societatis, regalia et consuetudines vestras tam in civitate quam extra civitatem in perpetuum, videlicet ut in ipsa civitate omnia in integrum habeatis, sicut hactenus habuistis vel habetis.

qui aliquando nos et imperium nostrum offenderant, viscera innatae nobis pietatis aperientes, eos et societatem eorum ac fautores in plenitudinem gratiae nostrae recepimus, offensas omnes et culpas, quibus nos ad indignationem provocaverant, clementer eis remittentes eosque propter fidelia devotionis suae servitia, quae nos ab eis credimus certissime recepturos, in numero dilectorum fidelium nostrorum computandos censemus. Pacem itaque nostram, quam eis clementer indultam concessimus, praesenti pagina iussimus subterscribi et auctoritatis nostrae sigillo communiri. Cuius hic est tenor et series. 1. Nos Romanorum imperator Fridericus et filius noster Heinricus Romanorum rex concedimus vobis, civitatibus, locis et personis societatis, regalia et consuetudines vestras tam in civitate quam extra civitatem, videlicet Veronae et castro eius et suburbiis et aliis civitatibus, locis et personis societatis in perpetu-

divisum seu tenetis; et si quid in ea amplius, ad imperium pertinet.		um, videlicet ut in ipsa civitate omnia habeatis, sicut hactenus habuistis vel habetis.[a]
[2.] Extra vero omnes consuetudines sine contradictione domini imperatoris F(riderici) et successorum eius exerceatis, quas quidem quondam exercuistis vel modo exercetis.	[2.] Extra vero omnes sine contradictione exerceatis consuetudines, quas ab antiquo exercuistis vel exercetis.	2. Extra vero omnes consuetudines sine contradictione nostra exerceatis, quas ab antiquo exercuistis vel exercetis.
[3.] Scilicet in fodro, in exercitu, in munitionibus civitatum et in iurisdictione plena, in pascuis, molendinis, in aquis, **aquarum usibus,** in pontibus, **toloneis et communanciis**[a] et in ceteris, que ad commoditatem civitatum **et personarum societatis** spectant: **ita, ut unaquaeque civitas predicta habeat in suo episcopatu et comitatu seu districtu, nisi consuetudo aut pacti tenor restiterit. Et ita, ut ex presenti concessione imperali nullum preiudicium iuri aut consuetudini alicuius civitatis, nec aliquod ius acquiratur super his, de quibus discordia est.**	[3.] Scilicet in fodro **et nemoribus** et pascuis et pontibus, aquis et molendinis, **sicut ab antiquo habere consuevistis vel habetis,** in exercitu, in munitionibus civitatum, in iurisdictione, **tam criminalibus quam in pecuniariis,** intus et extra, et in ceteris, quae ad commoditatem spectant civitatum.	3. Scilicet in fodro et memoribus et pascuis et pontibus et aquis et molendinis, sicut ab antiquo habere consuevistis vel habetis, in exercitu, in munitionibus civitatum, in iurisdictione, tam in criminalibus causis quam in pecuniariis, intus et extra, et in ceteris, quae ad commoditatem spectant civitatum.
[4.] Volumus, ut alia regalia in hunc modum cognoscantur: Homines tam de civitate quam de episcopatu eligantur, viri bone opinionis et qui ad	[4.] Volumus, ut regalia, **quae vobis concessa non sunt**, in hunc modum cognoscantur: **Episcopi loci** et homines tam de civitate quam de episco-	4. Volumus, ut regalia, quae vobis[b] concessa non sunt, in hunc modum cognoscantur. Episcopus loci

a) bedeutet hier wohl eine Abgabe, welche für die Nutzniessung von Kommunalgütern entrichtet werden musste, kann aber auch diese Kommunalgüter selber bezeichnen.

a) Die Worte: sicut hactenus habuistis vel habetis fehlen bei Muratori.
b) Vignati: nobis.

hoc idonei esse credantur, tales qui nec contra civitatem nec contra imperatorem privato vel[a)] speciali odio teneantur. Qui iurent bona fide et sine fraude perquirant et inquisita consignabunt ea, que specialiter ad imperatorem spectant; **et quod concorditer dixerint, obtineat.** Si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaveritis, censum duarum mille marcarum per singulos annos petimus, ita tamen quod competenti moderamine moderetur etiam quantitas ista, si enormis visa fuerit.

[5.] Si quis autem super his, quae vobis[b)] concessa sunt vel promissa, sive in civitate sive extra civitatem, querimoniam apud imperatorem **vel eius nuntium** deposuerit, eius querimoniam dominus imperator non admittet **nec eius nuntius,** sed silentium eis imponet.

a) Vignati: nec.
b) Prutz vermutet nobis.

patu eligantur, viri bone opinionis et qui ad hoc idonei esse credantur, tales qui nec contra civitatem nec contra imperatorem privato vel speciali odio teneantur. Qui iurent, quod bona fide et sine fraude perquirent et inquisita consignabunt ea, quae specialiter ad imperatorem spectant. Si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaveritis, censum duarum millia[a)] marcharum per singulos annos petimus.[b)]

[5.] Si quis autem super his, quae vobis concessa sunt vel permissa, sive in civitate sive extra civitatem spectant, querimoniam apud imperatorem deposuerit, eius querimoniam dominus imperator non admittet et silentium ei imponet.

a) Pertz: millium.
b) Nach Ficker standen die Worte Attamen . . . enormis visa fuerit auch ursprünglich in der Concessio.

et homines tam de civitate quam de episcopatu eligantur, viri bonae opinionis et qui ad hoc idonei esse credantur, tales qui nec contra civitatem nec contra nostram maiestatem privato vel speciali odio teneantur. Qui iurent, quod bona fide et sine fraude perquirent et inquisita consignabunt ea, quae specialiter ad nostram spectant excellentiam. Si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaverint,[a)] censum duorum millium marcharum argenti per singulos annos petimus. Attamen competenti moderatione moderabimur etiam quantitatem istam, si enormis visa fuerit.[b)]

5. Si quis autem super his, quae vobis concessimus vel permisimus sive in civitate sive extra civitatem, querimoniam apud maiestatem nostram deposuerit, eius querimoniam non ad-

a) Ficker vermutet putaveritis.
b) Die Worte: Si autem . . . enormis visa fuerit fehlen bei Vignati, aber auch in den von Muratori benützten Codd. Mutin. Brix. u. Rom., sowie in den Codd. Vat. u. Bonon.

[6.] Hoc, quod dominus imperator[a] vel eius antecessor, rex vel imperator, **vel alius, qui pro eo tenebat,** episcopis, clericis[b] vel aliis quibuscumque personis, clericis vel laicis, ante tempus guerre dedit vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum et ratum dominus imperator habeat **nec possessionem de predictis inquietabit,** salvis superioribus concessionibus **et promissionibus civitatibus factis** in integrum. Et pro eo solita servitia exhibeantur, sed census non prestetur, **sententiis, transactionibus, refutationibus, privilegiis in dampnum alicuius ecclesiae vel civitatis, personae, societatis**[c] **datis vel factis cassatis.**

[7.] Regalia et commoditates, quas pro bono pacis civitatibus **vel personis societatis** superius concessimus seu promisimus in civitate vel extra, liberas ab omni prestatione census esse statuimus.

[8.] Privilegia omnia et data et concessiones, que in preiudicium **ecclesiarum vel** civitatum vel locorum vel personarum societatis occasione guerrae **vel discordie ecclesiae** vel in iniuriam alicuius predictarum a domino impera-

a) nec . . . imperator fehlt bei Vignati.

b) ecclesiis vel civitatibus?

c) Ich vermute: vel personae societatis.

[6.] Hoc, quod dominus imperator vel eius antecessor, rex vel imperator, episcopis, ecclesiis[a], civitatibus vel aliis quibuscumque personis, clericis vel laicis, ante tempus guerrae dedit vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum et ratum dominus imperator habeat, salvis superioribus concessionibus. Et pro eo ei solita servicia exhibeantur, sed[b] census non prestetur.

[7.] Commoditates, quas pro bono pacis civitatibus concessimus in civitate vel extra, illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus census debeat prestari.

[8.] Privilegia omnia et data et concessiones, quae in preiudicium **vel damnum** civitatum vel locorum vel personarum societatis occasione guerrae vel iniuria[c] alicuius predictorum a domino imperatore vel a nuntiis eius

a) Pertz und Vignati: ecclesiacticis.

b) Pertz und Vignati schreiben beide nach Muratori: si.

c) in iniuriam?

mittemus et silentium ei imponemus.

6. Hoc, quod nos vel antecessor noster, rex vel imperator, episcopis, ecclesiis vel civitatibus vel aliis quibuscumque personis, clericis vel laicis, ante tempus guerrae dedit vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum et ratum habemus, salvis superioribus concessionibus. Et pro eo solita servitia nobis exhibeantur, sed census non praestetur.

7. Commoditates, quas pro bono pacis civitatibus concessimus in civitate vel extra, illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus census debet praestari.

8. Privilegia omnia et data et concessiones, quae in praeiudicium et damnum civitatum vel locorum vel personarum societatis occasione guerrae in iniuriam alicuius

tore vel nuntiis eius indulta sunt, cassentur et in irritum deducantur.

[9.] **In civitate illa, in qua episcopus apostolicus*) habet comitatum, cives illius civitatis non teneantur ab imperatore consulatum recipere.** In civitate vero, in qua episcopus per privilegium imperatoris comitatum habet, si consules per ipsum episcopum auctoritatem consulatus recipere solent **vel volent,** ab ipso recipiant, sicut recipere consueverunt. Alioquin ab imperatore **vel nuntio eius gratis in Lombardia** recipiant vel requirant: **ita quod investitura uni consuli vel pluribus facta, omnium nomine vel requisita sine fraude, sufficiat; nec cogatur ipse vel eius successor, denuo ab eo investitu-**

*) Da im Folgenden den Gegensatz der Bischof bildet, welcher den Comitat vom Kaiser hat, so sind nach Ficker a. a. O. S. 336 unter den e. apostolici diejenigen Bischöfe zu verstehen, welche den Comitat vom Papste hatten. Er denkt zunächst an Ferrara, hält aber auch eine Beziehung auf Mantua, Bologna oder Faenza für möglich. Die Weglassung dieser Stelle in den beiden anderen Urkunden zeigt an, dass der Kaiser solche apostolische Comitate nicht anerkannte.

indulta sunt, cassantur et in irritum deducuntur.

[9.] In civitate illa, in qua episcopus per privilegium imperatoris **vel regis** comitatum habet, si consules per ipsum episcopum auctoritatem consulatus recipere solent, ab ipso recipiant, sicut recipere consueverunt. Alioquin unaquaeque civitas a domino imperatore consulatum recipiat. **Consequenter, prout in singulis civitatibus consules constituentur, a nuntio ipsius, qui sit in civitate vel episcopatu, investituram recipient. Et hoc usque ad quinquennium. Finito quinquennio unaquaeque civitas mittat nuntium ad dominum imperatorem pro recipienda investitura. Et sic in posterum, vide-**

praedictorum a nobis vel a nuntiis nostris indulta sunt, cassentur et in irritum deducantur.

9. In civitate illa, in qua episcopus per privilegium imperatoris vel regis comitatum habet, si consules per ipsum episcopum consulatum recipere solent, ab ipso recipiant, sicut recipere consueverunt. Alioquin unaquaeque civitas a nobis consulatum recipiet. Consequenter, prout in singulis civitatibus consules constituentur, a nuntio nostro, qui sit in civitate vel episcopatu, investituram recipient. Et hoc usque ad quinquen-

ram recipere vel requirere, donec imperator idem vixerit.

[11.] Cum autem imperator defunctus fuerit vel regnum filio suo concesserit, simili modo **in Lombardia** a filio eius vel successore investituram recipiant vel requirant.

[12.] In causis appellationum, si quantitas **centum** librarum imperialium excesserit, appellatio ad imperatorem licite fiat: ita tamen, quod non cogantur in Alamaniam ire, sed imperator habeat proprium nuntium in civitate vel episcopatu, **consilio consulum civitatis electum**, qui de ipsa appel-

licet ut finitis singulis quinquenniis ab ipso recipiant et infra quinquennia[a] **a nuntio eius, sicut dictum est, nisi imperator in Lombardia fuerit; tunc enim ab ipso recipiant.**

[10.] **Eadem observentur in successore ipsius. Et omnes investiturae gratis fiant.**

[11.] Cum autem imperator defunctus fuerit vel regnum filio concesserit, simili modo a filio vel eius successore investituram recipient.

